EMPIRICA,
siue
MEDICAMENTA VARIA, EXPERIENTIA DIVTVRNA COMPROBATA ET STABILITA, CONTRA PLErosq; omnes corporis humani morbos, tam internos, quam externos, in duos libros distributa:

Sagacißimè primum inuenta, & adhibita prudentißimè à D. IOANNE STOCKERO, *Medico olim Vlmensi celeberrimo: iam recens in lucem edita,*

Opera & studio
TOBIÆ DORNKREILII DOCTORIS MEDICI LVNÆBVRGENsis Reip. ordinarii.



FRANCOFORTI,
Typis Melchioris Hartmanni, impensis Nicolai Baßæi.
Anno M. D CI.



MAGNIFICIS, AMPLISS. SPLENDORE GENERIS CLARISSIMIS, PRVDENTIA, ET multo rerum vſu excellentiſſimis, autoritate, virtute, & eruditione præſtantiſſ. viris.

DOMINIS CONSVLIBVS, ET toti inclytæ Reipub. Lunæburgenſis Senatui, Dominis & fautoribus ſuis perpetua animi obſeruantia colendis.

TOBIAS DORNKREILIVS D.

Iritum eſt illud vulgare, viri Magnifici, publicum bonũ priuato eſſe præferendum. Cum enim, teſte oratore, partim pa-

triæ,partim amicis nati ſimus, & homo homini Deus ſit, & etiam in beſtiis ſtudium poſteritatem conſeruandi ardeat, nemo naturæ legibus ſubiectus, Muſiſq; addictus non poterit non neglecto priuato commodo,pro ingenii ſui viribus artes liberales,à maioribus noſtris magno induſtriæ ſudore inuentas, excolere,& vſum earum demonſtrans, à barbarie poſteros ſuos vindicare, atque hac ratione Reipub. prodeſſe, quæ tum demum,vt fert veterum ſententia, gubernantib. philoſophis, id eſt, verum à falſo,& bonum à malo recte diſcernentib. florere ſolet. Ita hiſtorici memoriæ prodiderunt, Q. Curtium priuatam vitam in ſalutẽ & incolumitatem patriæ ſuæ profudiſſe. Quocirca mihi certo perſuaſum habeo,neminẽ dextri iudicii vitio mihi verſurum, quod in publice edendis libris aſſidue laborem. Nõ enim hũc laborem lucri cauſa ſuſcipio, ſed vt rem medicam promoueam, qua ho-

mo, cui cœlum, elementa, corporaq; mixta, & proprii inordinati affectus varios morbos accersunt, carere sine discrimine vitæ nequit. Cũ itaq; magnifici viri, ante aliquot annos, ex bibliotheca inclyti senatus patrię meę Iglauiæ, (cuius merito honorificam hic facio mentionem, quod non tantum dum in Academiis vixi, me & mea studia iuuerit, verum etiam non adeo pridem promisso amplo salario sui physici munus obtulerit) inter alios manu scriptos libros mutuo acceperim Empiricam, hactenus quantum mihi constat, nunquam editam Iohannis Stockeri viri celeberrimi, & vt à viris fide dignis compertum habeo, physici quondam amplissimæ & florentissimæ Reip. Vlmensis, quã ex probatissimis autorib. diuturnis vigiliis plurima experimenta colligens conscripsit, & mihi perlegenti visa fuerit dignissima, ne situ & squalore periret, sed lucem in subsidium artis medicę videret, successiuis ho-

ris eam magna alacritate animi ob fructum ex reuolutione perceptum multum relegi, & dispersa ad sua capita retuli, nimis vulgaria neglexi, minus tuta omisi, & superstitiosa reieci, & tandem non sine magno labore in formam Empiricæ redegi: ita vt polliceri audeam, quod doctus Medicus, si hęc experimẽta cum iudicio legerit, & dextre ad vsum pro diuersitate morborum, causæ, temperamenti, loci affecti, consuetudinis, ætatis, sexus, aeris & temporis anni transtulerit, cum summo honore, & certiore ægrorum salute rem medicam sit facturus. Etenim ab experimentis, arte & iudicio maiorum excogitatis, & longo vsu comprobatis non facile recedendum est, nisi contrarium medico agenti indicantia suadeant. Hic enim ratio magis quá experientia valet, & dogmaticorum medicorum & solidæ rationis præcepta sequi, eaq; experientia & vsu, optimo rerum magistro confirmare,

non autem vel Empiricorum more ſola experientia, vel vt Methodici ſolẽt cœca opinione niti, & vt paucis dicam, perfectum iudiciũ & ingenium non vulgare in medico requiritur, quo omnia artis pręcepta, applicãdo auxilia medica, poſſit nõ homini, ſed Iohanni, Petro, &c. felici cum ſucceſſu accommodare, cum non ars medica, ſed verus artis medicæ vſus medicum felicem faciat. Quare hæc Empirica cum iudicio legenda & vſurpanda eſt, & ſi forte quis experimentis iſtis in morborum profligatione vtens optatum finem haud cõſecutus fuerit, non Autores, ex quib. ea deſumpta ſunt, ſed ſuam potius inſcitiam accuſet. Nõ autem moror calumniandi ſtudio deditos, qui clamabunt, me iam alienis exornari plumis, vt ſaltem popularem captẽ auram. O vtinam boni iſti viri, dum vel gulæ ſtudent, vel turpi otio torpent, ſibi eiuſmodi plumas compa-rent, vt ſe à frigore profundiſſimæ

ignorantiæ tueri possint. Haud decus est, alienis plumis ornatum in publicum prodire, & bonum sub plumis latens palam distribuere. Quid enim dicitur, quod nõ dictum sit prius? Imo quæ hodie in re medica docentur, ea omnia Hippocrati, Galeno, & aliis maioribus tribuenda sunt, licet Neoterici, quod hic sua præcepta optimo ordine disponat, & methodo vera tradat, alter perspicuitati & breuitati studeat, &c. suam mereantur laudem. Ac vt tandem instituti nostri rationem concludã, sancte ac citra arrogantiam affirmo, quod licet in praxi medica sim occupatissimus, nihilominus tamen in elaborandis libris, multam etiam cũ dispendio propriæ sanitatis, consumam noctem, hac vnica de causa, vt videlicet prosim quamplurimis. Vobis autem, amplissimi Viri, hanc Empiricam dedicare volui, quod reipsa hactenus expertus sim, V. A. labores nostros probare, eosque ab hominibus,

bus, (qui ex maleuolentia, & inuidia sibi ipsis pestifera, mendacia speciosissimis verbis apud incautos graphice nectunt, & aliena, etiam optima, & quæ eorum agreste ac rude cerebrum haud assequi, ne dum imitari, vel meliora efficere potest, singulari & sibi familiari calumniandi dente audacissime rodunt, & insatiabiliter dilaniant) vestra autoritate, eruditione & acri iudicio strenue defendere posse & velle, quod huic empiricæ non vulgare est ornamentum. Valete, Patres Patriæ, & laborem nostrum beneuolo animo à me V. A. addictiss. suscipite. Datæ Lunæburgi die Ascensionis CHRISTI,

Anni Salutis

1601.



AD TOBIAM DORNKREILIVM, MEDICVM CLARISSIMVM

Epigramma.

PETRI FINX Med. D.

QVæ certam toties repetita dedere salutem,
Quæq; diu tamen obscuro latuere recessu,
Inclyta Pæoniis Dornkreilij dextra triumphis
In medicos rursus medicamina protulit vsus
Stockeri è latebris, pulchroque operosa labore
Conclusit paruo sed castigata libello.
Si qua Bona ô valitudo Dea es, quæ præmia solues
Digna viro! sua sit valido laus igne subactis,
Sit locus artifici qui firma repagula rerum
Soluit, vt eliciat cælestia semina puri
AEtheris, in bibulam soluit medicamina calcem,
Rursus vt in tenues abeat calx sicca liquores:
Non steriles signaturas & inania tantum
Nomina, tartareas sed detrudentia fæces.
Hic etiam inuenies, & quæ fæliciter æstus
Sulphureos abigunt, & vitæ balsamus ægris
Quarum ope restituatur, odoriferas Panaceas.
Res sic grata Deo est hominum seruire saluti,
Pro qua Dornkreili dignas tibi soluere grates,
Iam quæuis merito gestit Respublica plausu.
Dira licet passim mendaxque Calumnia regnet,

Iamque fere faciat mendaci vt credere fuco
Incipiant mentes hominum. Sed iudice Mida
Vexet sic Satyros virtutis opinio: tandem
Ipse dabit meritos etiam tibi liuor honores.

Επιγράμμα in Empiricam
IOHAN. STOCKERI
MEDICI OLIM CLARISS.
EDITAM à NOBILISSIMO ET clarissimo viro Dn. TOBIA DORNKREILIO Philosoph. & M.D.

Scriptum à
M. FRIDERICO DEDEKINDO Philiadio.

QVis liber hic nouus est? Thesaurus amabilis ARTIS
P OEONIÆ. *quid habet? Dona salutis habet.*
Quis vero est Auctor? S T O C K E R V S *in vrbe* IOHANNES
Vlmensi, quondam clarus, & orbis honos.
Quid, quod D O R N K R E I L I *fulgent in fronte libelli*
Nomina? certa illud non ratione caret.
Hic etenim ex tenebris protractum reddidit illum
Luci, & lucem illi, dexteritate sua.
Nam sine legitimo monstrosior ordine moles,
Hic liber, & nullis vsibus aptus, erat:

EPIGRAMMA.

Nunc vero titulis distinctus, & arte politus
DORNKREILI, iusti corporis instar habet.
Ante recensebat non pauca superstitiosa,
Manca, abstrusa nimis, noxia mixta bonis.
Nunc vero exclusis peioribus, optima tantum
Secreta, electa, ac sæpe probata, tenet.
Verba quidem nondum sunt reddita cuncta nitori:
Sed speciem priscæ simplicitatis habent.
Id vero rebus merito nil deroget ipsis.
Res sibi si constant: sat bona verba putes.
Herbis non verbis medicus curare laborat,
Herbis quam verbis plus tribuique cupit.
Ergo boni studium DORNKREILI consule Lector
Quo tibi quo publicæ consulit ille rei.



CATA-

CATALOGVS CAPITVM LIBRI PRImi Empiricæ.

IOHANNIS STOCKERI.

19.De

CATA-

CATALOGVS CAPITVM LIBRI SECVNDI EMPIRICAE IOHANNIS STOCKERI.

IOH.



IOH. STOCKERI MEDICI CELEBERRIMI ET PHYSICI VLMENSIS EMPIRICÆ

Liber Primus.

Capvt Primvm.

De Dolore Capitis.

Pillulæ *ad omnem dolorem capitis, quamuis antiquum.*) ℞. Aloes Epat. ablut.℥ iij. Bryon. Mastic. elect. an. ℥ j. Diagrid. ʒ iij. Conficiantur cũ succo caulium. Dosis à ℈ ij. vsque ad iiij. Auferunt omnem dolorem capitis, & memoriam reparant ac lætificant.

Pillulæ aliæ capitales D. Nicolai Stockers.) ℞. Arthanitæ, Colocynth. Agar. Turbith. Hermodact. an. gr. xxiiii. Zinzib. Gariophyl. Macis, Sal. gem. ligni Aloes an. gr. xii. cum Hiera simpl. Fiant pill. vii. pro ʒ j.

In diuturna debilitate capitis.) ℞. Bethon.

A tritæ

tritæ rubeę & cocta in aq. ex qua fiat Lixiulum, & abluatur eo caput sæpe.

Pillulæ in dolore capitis optimæ, vtpote in dolore Periodico, & id flauo.) ℞ Myrobal. citr. ℥ ij. Aloes ℥ ß. Agar. trochisc. ʒ iij. Spec. Hieræ simpl. ʒ j. Rhabarb ℥ ß. Spicæ ℈ ij. fiant pillulæ cum aq. Buglos. Dentur ℈ ij. vel iij. eunti dormitum.

Pillulæ aliæ ad dolorem capitis antiquum Melancholicū.) ℞ Hieræ Picræ ℥ iij. Myrrh. Storac. Calam. an. ʒ ij. pulp. Colocynt. vel Trochisc. Alhandali ʒ j. conficiantur cum Theriaca. Dosis est ℥ j.

Nasipurgiū ad idem.) ℞ Elleb. alb. ʒ j. Maior. P. j. Bliti M. ß. Decoq. in ℔ ß. aq. fluuialis, & quart j. Vini alb. subtiliss. & destill. per Alēb. Trahatur aqua p̄ Nares quando opus fuerit.

CAPVT II.

De Vertigine.

PRo Vertigine & Memoria.) ℞ Cubebar. gr. v. vel vii. Cōtunde parum, pone in vitro, & superfunde parum de vino bonc, cooperiatur vitrum, stet per noctem, mane bibe vinum illud ℥ iij. & postea Grana masticentur in ore, claude os & nares, vt fumus ascendat ad caput.

Puluis cōtra Vertiginē capitis cōfortans & cōtra Epilepsiā.) ℞ Specier. Dianth. ʒ ß. Plirisarcot. Spec. Dianisi, Diacymini an. ℈ ij. Spec. Aromat

mat.Rof.Diagalang.Lætit Gal.an.℈ j. Sem. Pœon.Sefeleos,Vifci querc. Rad.Pœon.an. ℈j.Sach.alb ℥ iij. Fiat puluis.

Puluis ad idem.) ℞ Nuc.Mufch.Corian.Cina. an. ℥ iij.Cubeb.Cardam.fem.Gallit.Galang.Pip.lõgi,Vif.querc.Gran.Pœon.an.℥ j. Garyoph.Macis,Zedoar.Maior.Balf.Fœn.c. Caru,Zinz.fem Aquileg.Beton Been alb.& rub.Salu.Lauẽd.Rorifm.Stœch.Carpobalf. Xilobalf.Melif.an. ℥ ß. Fiat puluis, de iſto puluere ℞ ℥ j Sach.fini ℥ vı. Fiat Tragea.

Puluis cõtra Vertiginẽ.) ℞.Nuc.Mufch.Coriand.præpar.an.℥ j.ß. Vifc.querc.Pœon.Galang an.ʒ j. Garyoph.Calam.arom.Cubeb. Bethon. fem.Aquileg.Carui an.℥ ß. Saccha. alb.℥ ij.ß. De quib⁹ accipiatur mane & fero.

Puluu vel confectio contra Vertiginẽ capitis ab Epifcopo de Freifing.) ℞ Pulu.Abrot.℥ ij. Spec. Diamufci, electuariũ de Pœon. an.℈ j.Pulu. Nuc.Mufch.Xilo Aloes.Cinam.Carpobalf. Xilobalf.Corall.rub.an.℈ ß. Sacch.q.f. Fiat puluis, deinde confectio in Rotulis diffoluendo Sacch.in aq.Rofar.& Abrotani.

Aliæ pillulæ cõtra Vertiginẽ expertæ ab eodem.) ℞ Pulu.Abrot.ʒ j. Xilobalf.Carpopalf. Xilo Aloe, Garyoph. Coral. rub. an. ℥ ß. Rofar. rub.℈ j.Ambr.gr.ij. Mifce cum Miua Cytoneor. Fiant pillulæ ad quantit. Fabar. teneatur vna in ore mafticando.

CAPVT III.

De Epilepsia.

Contra morbum caducum siue sit è cerebro, siue stomacho, siue vesica, probatum in multis.) ℞. Vnum vel duos Coruos tempore Martii, qui sunt adhuc in Nido, combure eos in noua olla. Fiat puluis, da Epileptico bis vel ter de isto puluere in vino decoction. Castorei, & amplius nunquam habebit.

Contra Epilepsiam, expertum à D. Angelo Tridentino donata mihi ex speciali confidentia.) ℞. Ossis humani capitis anterioris, sem. Poeon. sem. Gallitr. vel rad. eius, rad. Tormentil. an. ℥ ij. Misce fiat puluis sicut Alcochol, dosis est ʒ j. cum brodio pulli semel in septimana, facta prius purgatione cum pillul. cochiis, probatum & expertum est.

Puluis contra Epilepsiam.) ℞. Margarit. oriental. Auri puriss. Vngu. Alcis, Vnicornu. an. p. æquales.

Aliud, quod etiam valet à proprietate specifica.) ℞. Epat. Vulpis, exiccati, puluerif. da istum bina vel terna vice ad potandum. Et mulieri Epileptico de Epate Lupæ fœminæ.

Contra Epilepsiam & Vertiginē.) ℞. Galang. ℥ ij. Pireth. ℥ j. ß. Cumini ℥ j. ß. Anisi. ℥ ij. Gran. Poeon. mundat. ℥ v. Zinz ℥ ß. Misce, fiat puluis, vtatur omni mane ad quantitaté aurei super pane tosto, confortat cerebrum & con-

& consumit humiditates cerebri, & valet proprie contra Epilepsiam.

Item.) Puluis Visci querc. comestus & bibitus cum vino vel aqua, illo die, quo vtitur non habebit Epilepsiam siue sit ex cerebro, stomacho vel vesica. Caueat sibi quod non bibat multum de vino non lymphato, & quanto minus accipit de vino, tanto melius.

Puluis mirabilis in Epilepsia expertus, vt ponit Gerhardus de Cremona, & M. Iacobus de Parma, & valet à forma specifica.) ℞. Gallitr. ℥ ß. Visci querc. ℥ j. Tormentil. ℥ j. ß. Fiat puluis & administretur ante Paroxysmum ʒ ij. cum aq. decoct. Poeon.

Vel sic & melius apud me.) ℞. Capitis humani de parte anteriori combusti, sem. Poeon. an. ℥ ß. rad. Tormentil. Visci querc. an. ʒ iij. Fiat puluis.

Contra Epilepsiam puerorum.) ℞. Coriandri præpar. sem. Sinap. Nuc. Musch. an. ʒ ß. sem. Poeon. ʒ vij. Diptami ℥ ij. Fiat puluis & detur mane ad placitum cum vino calido.

Aliud contra Epilepsiam expertū.) ℞. Corall. rub. Cranei hominis part. anterioris, Granor. Poeon. an. ʒ j. Misce & fiat puluis, de quo puluere detur tribus vicibus, mane, meridie, & sero cum aliquo brodio, vel aq. appropriata, & si nō iuuaret pro vna vice, tum reiteretur in eadem forma & dosi.

Puluis cõtra Epilepsiã expertus à multis.) ℞ Garyophyl.ʒ iij sem.& rad.Poeon.Hyssop.Costi, Salu.an. ʒj.ß. sem. Borag. Diptami, Cinam Filipẽd. sem.Cicutæ,Senæ. Coral.rub. sem.Rutæ &Pyreth.Sinap.an.ʒ ij.Nuc.Musch.Castor.Nastort.an.ʒ iij Euphor.ʒ j.adde pulu.Cran.hominis cõbusti ad põd⁹ omniũ.

Puluis expertus in Epilepsia & Vertigine.) ℞. Gran.Poeon. Coriãd.p̃par Nuc Musch.Visci querc.an.℥ß.Cubeb.Galãg.Pip.lõg.Tormentil. Zinz.an.ʒ j flor. Anthos vel fol.eius ℥ ij. Zinz. albi ℥ iij. Fiat puluis mane & sero.

Puluis expertus in Epilepsia à quodã bono fautore secretiß.) ℞ Rhapont.elect.℥ ß. Lign.aloes ʒ ij.S.orac.Calam.℥ j.Sãtal.rub.℥ ß.Sach.albiss. q. s. fiat puluis subtilis.Diuidatur puluis in partes vij. & viij. dieb.continuis vtatur,& puluere omni mane vnã partẽ, & custodiatur patiens tantũ 4. diebus. Potes dare cum aqua appropriata,vt pote aqua Pœoniæ.

Aliud satis expertũ ad idem.) ℞ Rad.Cannar. Arund.fol.Pentaph.an.℥ j.pulu.Cranei hominis masculi ad masculum,fœmellę ad fœminã ʒ iij puluerif.& misceãtur,& fiat pulu. mixtus de isto pulu. detur ieiuno Stomacho in ouo Sorbili quantitas Auellanę,aut detur cũ vino debili, & p̃dicta simplicia debẽt colligi in decrescentia Lunę,& nõ in augmẽto. Persuadeatur tamẽ vt prius fiat purgatio cũ

Pill. Cochiis, aut Assaieret, aut de Hiera Picra Gal. Item valet vsus Myrobal. Kebul. aut Indi condit. mane ieiuno Stomacho.

Vsus Mitridati longus, cum decoctione Pœoniæ, curat omnem Epilepsiam.

Electuariū de Pœonia contra Epilepsiā.) ℞. Rad. Pœon. vel sem. eius ℥ j. Macis, Spicæ, Coral. rub. Croci. Margar. Mastic. an. ʒ ß. Myrtil. ℥ j. ß. Cinamon. Nuc. Musch. Garyophyl. Folii, Zinzib. Piper. lōg. Cardam. Coranor. Parad. Nuc. Indic. an. ℥ ij. Liquirit. ʒ v. Anacard. ℥ j. ß. Musci, Ambræ an. gr. vi. Fiat puluis & cum Saccharo conficiatur.

Ad idem efficacius Electuarium.) ℞. Margarit. el. ʒ j. Garyoph. Galāg. Nuc. Musch. Cubeb. Macis an. ʒ ß. Cinam. ℈ ij. Gran. tinctor. Ligni Aloes, Storac. Calam. an. ℈ ß. Santal. citr. Serici crudi an. gr. v. sem. Pœon. Virid. ʒ ij. Visci querc. Diptami an. ℈ j. Car. vuar. passar. bene contusar. ℥ j. Conser. Anthos, Stœchados, Borag. an. ʒ ij. Aq. Rosar. q. s. Panis Sacch. ℔ j. Fiat electuarium, vtatur mane & sero.

Electuariū ad idem bonum sed carū.) ℞. Margar. el. ℥ ß. Galang. Interior. Cinam. an. ℈ ij. Coriād p̄par. Coral. rub. an. ℈ j. Macis, Nuc. Musch. Garyoph. Anisi, Grana tinctor. Cubeb. an. ℈ j. Zedoar. ℈ ß. sem. Aneti, Fœnic. an. gr. xv. Santal. citr. Serici crudi. Rad. Di-

ptami, ſem. Poeon. mund. an. ℈ j. ß. Cort. Citri cond. ℥ ß. Carn. vuar. paſſar. pingued. ℥ ß. Conſer. Roſar. rub. Conſer. Stœchad. Arab. an. ʒ ij. Carn. Cyton. condit. cũ pane Sacch. alb. ℔ j. Sumat pro libitu mane & ſero aut prandio peracto.

Cõtra Epilepſiam expertũ) ℞. Coagul. Leporis. ℈. j. vel ʒ ß. Diſſol. in vino vel aq. Poeon. & detur ante Paroxyſ. Eſt. n. indubie expertũ.

Aliud quod valet à proprietate ſpecifica.) Fac cingulum de pelle lupi, quod prius intingatur in ſuccũ, vel Aq. Verbenę, cingatur poſtea corpus nudum: quamdiu portauerit, non moleſtabitur Paroxyſmo Epilepſiæ.

Item) Radix Poeon alligatur collo patientis, ſecurat patientem ab Epilepſia: Debet autem ſumi à ſtipite habente florem album.

Pyrethrum conditum & Zinziber auctore Hippocr. eſt bonum, & medicina fidelis Epilepſiæ.

Nota bene, quod cum aq. Abrotani plures fuerunt curati in Epilepſia.

Contra morbum caducum.) ℞. Aq. rad. Lappæ deſtillatæ, bibat ieiuno ſtomacho x. diebus omni mane vnum hauſtum. Aliqui accipiunt Craneum hominis ſuſpenſi combuſti pulueriſ. Aliqui V[illegible]um quercinum. Aliqui ſem. Poeon. Alii Caraben. Alii lap. Smaragdi: Et iſti omnes præualent.

Exper-

Expertissimum contra morbum comitialem Alberti D. de Minsing.) Collig. Viscus querc. quādo Iupiter fuerit in aliqua suarum domorum, & aspiciat lunam terno aut sexto aspectu, & est fortunatus. Tunc collige viscum quercinum in vltima declinatione lunæ, & serua eum in panno mundo, & cum luna fuerit in secunda facie cancri, incipe dare patienti & mane & sero 15. dies continuando de prædicto visco quercino ℈. ij. Et curabitur.

Ad morbum caducum.) ℞. Suc. rutæ depurati ciathum j. Pulu. diptami alb. cochl. j. Detur patienti ieiuno stomacho ter, liberabitur.

Pilulæ expertæ contra Epilepsiam Serapionis.) ℞. Pulp. Colocynth. (Et ego accepi Trochisc. Alhandali) Stœchad. Arab. Castor. an. ʒ. j. Hieræ Gal. ʒ. iij. Agar. ʒ. ij. Turbith. ʒ. j. Fiant pil. cum aq. Pœon. vel Syr. de stœchad. Dosis ℥. j. ß. vel plus aut minus secundum virtutem patientis.

Pilulæ approbatæ contra Epilepsiam, de quibus accipias omni septimana semel pro vna vice ʒ. j.) ℞. Agar. el. ℥. ß. Pyrethri ʒ. j. Gran. Pœon. ʒ. ß. cum oxymel. squillit. fiant pilulæ.

CAPVT. IIII.

De Paralysi.

E*Lectuarium singulare in Paralysi linguæ, cu-*

ius experientiam ſæpe vidi.) ℞ Mitridati. ℥ iij. Rad. Acori cond. triti & piſtati ſubtiliter ℥ j. Zin. Nuc. Muſch. an. ʒ. ij. Sal. com. ʒ. j. Incorporentur omnia in mortario cum piſtello, quibus adde continuo ſuc. ſalu. depurati ad ignem ℥ j. mel q. ſ. ad bene inſpiſſandum, de quo ſumatur quantitas Auellanæ, & teneatur ſub lingua paulatim deglutiendo.

Electuarium ad Paralyſin & ſpaſmum, & valet in tali paßione, poſt vniuerſales purgationes, ante cibum mane & ſero.) ℞ Xiloaloes, Cina. Cort. Citri. Zin. Galang. an. ʒ. j. Macis, Garyoph. Croci, Doron. an. ℈. j. Pinear. paſſula. an. ℥. ß. Sacch. ℔. j. Diſſolue ſacch. cum aqu. decoct. aniſi, ſalu. maioranę, ſtœchados, fiat electuarium ſecund. artem. Doſis eſt ℥. ß. cum paruo potu vini, vel aq. ſalu. vel maioranæ.

Gargariſmus optimus reſoluens humiditates vitioſas in gutture, & valet in Paralyſi.) ℞ Pyretri, Zin. piper long. an. ʒ. ß. Fiat omniũ decoctio in vino albo, vel in aq. ſalu. ℥ vj. In qua diſſolue mel. roſar. colat. Diamor. an. ℥. ß.

Ad Paralyſin expertum patris mei.) ℞ Rad. vtic. maior M iij. Chamomil. M j. Cymi ℥ i. Salis ℥ iij. Piſtentur omnia in mortario, & decoqu. in vrina duo pintarum vſq; ad pintam j. ß. Et in tali balneatur membrum dolens mane & ſero. Poſtea pannis ex decoctione madefactis inuoluatur cũ eo de no-

cte, &

cte,& quoq; de die, & per tres dies continuetur,aut per iiij. Postea inũgatur membrum cum ol.vulpino ad ignem mane & vesperi, donec sanetur.

Oleũ de lignis Fraxini, curat paralyticos.

Balneum ad Paralysin.) ℞ Flor. Lauend.& Herb.Salu.Minor Rad.Asari an.M iij.Pone in sacculo,decoqu.in aqua, fiat balneum ad aliquot dies secundum opportunitatem. Postea ℞ Calam. Arom. Rad. lilior.alb. an. ℔ ß.Rad. Gentian ℥. iij.Rad.Enulæ ℥ix.Ponantur in sacculo,& fiat balneum in tina.

Balneum pro confortatione extremitatum.) ℞ Sulph.viui. Baccar. lauri an. ℔. ß. Rad. Gentian. M. iij. Rad. Enulæ. Aristol.long. an. M. ij. Incidantur subtiliter, ponantur in sacculo,fiat balneum.

Medicina alia mirabilißima in Paralysi, in tremore, &c. quam quidam magnus medicus tenuit pro maximo & pretioso secreto in abscondito cordis sui.) ℞ Galb. ℔.j.Gummi Hederæ ℥ iij. Minute conterantur & misceantur. Secundo simul mittantur in bocia vitreata cum suo Alembico,destillentur in balneo Marię. Hoc destillat. misce cum ol.Laur. ℥ j. & Terebynt. ℔.j. Tunc iterum destilletur & separetur aqua ab oleo.

Vsus eius talis est, vt paralyticus iaceat resupine, & mittatur vel infundatur de

oleo

oleo illo temperate calido in fundiculam vmbilici sui, & videbis mirabilissimam operationem, & potius diuinam, quam naturalem, & confert valde Paralysi post colicam.

Vnguentum ad neruos optimum.) ℞ Salu. Ireos, Bethon. Nuc. Cupress. Balaust. Mastic. an. ℥ ij. Mucilag. Alth. Fænugr. Sem. lini an. ℥ ß. Vngu. de adip. ℥ ij. Terebinth. lot. pingued. Taxi, vrsi, an. ℥ v. Ol. vulpini, lauri, an. ℥ j. Bdellii. opopon. an. ℨ. ij. Croci ℥ ß. Myrrh. ℈ ij. Ceræ virid. q. s. fiat vngu. ad loca neruosa.

Vnguentum contra Paralysin & Epilepsiam.) ℞ Aristol. rotũd. P. ij. Castor. P. j. Sulph. viui Euphorb. an. P. ß. Misce simul cum oleo de Castoreo & Cera q. s. Fiat vng. cum quo vngatur nucha & spina dorsi.

Contra Paralysin & spasmum vnguentum mirabile Nicol. Eo vtebatur M. Iacobus de Pharma.) ℞ Multos vermes terrestres & comburantur in olla munda, postea puluerizentur. De isto puluere ℞ ℔. ß. Zinz. Galang. an. ℥ ß. Conficiantur cum melle depurato ad formá linimenti, quo tribus noctibus inunge patientem, ligando brachio super ventrem, & bene cooperiatur. Et caueat sibi patiens à frigore vsq; ad tertium diem, & sic in tribus diebus sanabitur. Et hoc est verum in paralysi de materia phlegmatica.

Vnguentum ad Paralysin, arthritim, & guttã.) ℞ Pin-

℞ Pingued.vulpis, Taxi, pulu. Castor.an.℥ ij. Axung.anatis, gallinæ, anseris, ciconiæ, an.℥ j suc.salu.suc.absynth.an.q.s. Olei laurini q.s. Ceræ q.s. Fiat vnguent. secundum artem.

CAPVT V.
De Conuulsione.

AQua destillata Carduibenedicti est valde singularis in spasmo.

Masticatorium, secretum magisterium, contra torturā oris.) ℞ Rad. Acor.recēt.℥ iiij Zin.alb. ℥ j. Nuc.musch. ℥ ß. Fiat pulu. ponatur per dies duos in aq.salu. Deinde condiatur cum melle. Fiant trochisci ʒ j ß. Teneatur in ore vnus post alium, & confert vnum deglutire.

Caputpurgium in eodem casu.) ℞ Auricul. muris, Cyclam. Nuc. Ind. Cucum. asinini. Nuc.Musch. Pyrethri. Acori.an. Cōquassentur & bulliant in vino, & naribus imponantur tepide cum bombice.

Ad spasmum expertum.) ℞ Aq.cerasor.nigr. destil. humatur cum aq. decoct. Lauend. & sem.sinapi. in instanti liberat.

Mirabile ad spasmum à quodam Iudæo.) ℞ Suc. pomor.syluest. Fiat vnctio cum ea calida, ad spinam & loca spasmatica.

CAPVT VI.
De Tremore.

C*Ontra tremorem, spasmum, torturam, stuporem*

rem oleum seu balsamus, cui non est similis.) ℞ Myrrhæ elect. Aloes epat. Spicę Nardi. sang. Dracon. Thuris, Mumiæ, Opopon. Carpobals. Croci, Mastic. Gum. Arab. Storac. liqd. Storac. rub. an. ℥ ij. ß. Musci fini ℥ ß. Herb. Paralysis M ij. Terebynt. ad pondus omniũ, pulueriz. Misce & destillentur. Est enim de elegantioribus medicinis, qua spina & nucha vngi potest spasmosi, tremulosi, paralytici, & stupore & tortura oris correpti.

Secretum paucis cognitum, ꝙ lilium cõuallium est mirabiliss. virtutis in tremulis membris, quia fit oleum ex eo sicut ol. rosa. & similia, & inunguntur membra tremula, peractis vniuersalibus.

Contra tremorem manuum, pedum, & aliorum membrorum expertum.) ℞ Salu. Rutæ. Hysopi. Granor. Iunip. an. M. j. Castor. ℥. ij. Has res decoq. in mensuris duabus vini albi optimi, & cum hoc vino tepido laua membra tremula xiij. dies, siue manus, siue pedes. Postea frixa post lotionem per horam omni die, vnge membra tremula cum vnguento Martiaro, mixtum cum ol. Chamomil.

Aliud contra tremorem manuum) ℞ Baccar. Lauri, Rutæ & Saluię an. P. æ. Infundentur in s. q. Aquæ viræ potenti per decem dies. Postea destilletur per Alembicum, cum hac aqua destillata vngantur manus & membra tremula. CAPVT

CAPVT VII.
De Melancholia.

IN melancholia tali vsus sum methodo.

Primo fiat Phlebotomia venæ Cephalicæ, si adest Plethora, aut medianæ.

Deinde ℞. vngu. populeon. & misce cum herba rutæ bene pistata & simul incorporata cum optimo aceto, & applica cum petia lini super frontem, & tempora & caput, bis in die, scilicet mane & sero.

Hoc facto singulis vij. diebus exhibeatur pill. j. facta ex Elleboro, quæ sit ad magnitudinem Ciceris. Fricentur etiam plantæ pedum & manuum cum sale & optimo aceto tepido. Deinde ℞ Suc. lactuc. viol. rosar. Ol. Mandrag. Ante omnia distemperentur, cum ℈ ß. Opii, & de ista compositione vngantur pulsus, manus, & frons, & tempora, bis in die. Postea vtatur de hac confortatione bis in die. mane & sero cochl j.

℞ Myrobal. Kebul. ℥iij. Bellerico. Emblicor. ʒ. ij. Stœchas. Arab. Lap. Lazuli prep. Garyoph. Folii, Agar. Anisi, Mentastri, Mastic. an. ℥ j. Omnia conficiantur cum ℔. j Mellis cocti & despumati, cum aqua vel iuc. Buglos. in modum electua. & sumat de eo xv. diebus. Post xv. dies vtatur mane & sero duabus horis ante cibum ad quantitatem nucis de isto electuario. Postea bibat parum vini albi odori-

odoriferi boni lymphati cum aq. Buglossæ.

℞ Serici tincti combusti ℥ j. Corall. rub. præpar. ℥ ß. Off. de corde cer. ℥ ij Margar. nō perfor. ℥ iij. Cardam. ℥ ß. Pinear. mund. ℔. ß. Hyssopi. Liquirit. an. ℥ iij. Nuc. mosch. Garyoph. Macis, piper long. Cubeb. Galāg. an. ʒ j. ß. Cinam. ʒ v. Folii ℥ j. ß. Croci ʒ j. sacch. alb. ℔ vj. Dissoluto saccharo in succis pomor. redolentiū, & suc. Buglos. Fiat elect. In hyeme vero cōficiatur cū ℔ iiij. mell. bene cocti & despumati, in fine addendo ℥ ij. muscl, ambræ Ballenę ʒ j. ß. & capiatur vt sup. dictū est.

Potus vero Melancholici sic conficiatur.) ℞ Rad. Buglos. incidatur in parua frusta, & ponatur in optimo vino odorifero claro per noctem, & de isto vino vtatur ad pastum, & quando lubet.

Ad prouocandum somnum in melancholia & dolore capitis à calida causa.) ℞ Sem. Papau. alb. contundatur cum lacte mulieris. Deinde adde aq. rosar. vel violar. & appone temporibus & pulsibus manuum.

Ad Melancholiam.) ℞ Medullam cerebri cer. vnius, Pastæ tritici. Nuc. Musch. Macis, Carui an. ℥ ß. Cymini ℥ ij. Pimpinel. Millefolii vel Flores eius an. ℥ j. Misce omnia & decoquantur in furno perfecte. De hac confectione commedat patiens omni mane ad iiij. vel vj. ℥. Nam confortat ce-

tat cerebrum, à Melancholia affectum.

Nectar secundum Guilhelmum de Varignana ad melancholiam & timidos.) ℞ Epith. recent. Follic. Senæ, Folior. Borrag. an. M ß. Cinam. ℥j. ß. Spicæ, Caſſ. Macis, Carda. an. ℥ ß. Zin. Garyo. ſem. aniſ. an. ℥ß. Fiat nectar vel Claretũ cũ vino ſubtili. Doſis de mane cyath. vnus.

Somniferum patris mei in melancholia.) ℞ Lactuc. M ij. Capit. Papau. alb. N vj. Sem. papau. ℥ ß. Flor. Nenupharis M j. viol. M j. ß. Bulliant in aq. ſuffic. Fiat ablutio ad brachia & tempora, & ſtatim capilli linteis exiccentur.

Potio in vigiliis immoderatis Phreneticorum duabus horis elapſis poſt prandium & cœnam exhibenda.) ℞ Papa. alb. ℥ ß. Cort. Man. Hyoſc. alb. an. ʒ ß. Contundantur aliquantulum & ligentur poſtea in petiam raram, & infunde eam in aqua Nenuph. ℥ v. per horas vj. Deinde colentur, & petia exprimatur, & detur ab ℥ j. ad ℥ iij.

Vnguenta ſomnifera Barthol. de Montag.) ℞ Ol. popul. ℥. j. ol. viol. ℥j. ß. Hyoſc. Cor. Mandrag. an. ℥ ß. Croci ʒ ß. Miſce, fiat vngu. quo inungantur tempora, nares, & pullus brachiorum, & ſuper clauiculam pedis, valet in extremis vigiliis.

Aliud eiuſdem.) ℞ Ol. Nenuph. ol viol. an. ℥ j. Ol. de ſem Lactuc. & folior. Cucurb. an. ℥ ij.

Ceræ alb. ℥.j.ß. Croci. Sem. Aneti an. ʒ.j Cort. Mandrag. Hyosc. an. ℈.ij. Opii gr. viij Fiat vngu. molle. Postea bulliat in. ℥.iij. Suc. Portul. vsq; ad consumpt. ipsius.

Aliud in extremis vigiliis.) ℞. Popul. ℥.j. Ol. viol. ℥.j.ß. Hyos. Cort. Mandrag. an. ʒ.j. Opii gr. vj. Aceti parum, fiat vnguentum.

Aliud.) ℞. Vngu. populeon. ℥.j. Ol. viol. ℥. ß. Hyosc. Cor. Mandrag. an. ʒ.ß. Croci, Cal. lign. an. ℈.j. Misce fiat vnguentum.

Notetur, quod in melancholia quies & somnus sint optima.

Melancholia purgatur cum pillulis de lapide Lazuli bene loti, & corpus bene diætetur cum cibis boni succi: vt Amygdalis, Auellanis, Sem. Papauer. albi & huiusmodi. Et Arnoldus de Villa noua in tractatu suo de vinis, dicit, vsu vini Buglossati plures melancholicos esse curatos. Ducit enim humores melancholicos & adustos per vrinam, & rectificat cerebrum infectum fumo melancholico, & confert iracundis, tristibus & phantasticis. Deinde detur de opiatis, requies magna & Diapapauere; & raso capite. Valent vnctiones pro somno, & quandoq; per clysteria iniiciantur vitelli ouorum, & offa brodialia.

Experimentum probatum & carissimum pro melancholia.) ℞. Flo. Anthos, Borrag. Rad. Buglossi

gloſſ.an.℥.iiij. Croci ʒ. j. Mali Cytoneor. ℥. iiij. Vini alb.opt.clari bene digeſti & electi, ℔.ij. Miſce, ſtent ſimul in infuſione prius bene piſtatis per 24. horas. Deinde mittatur in furno per xv. dies in vaſe vitreo, bene clauſo. Denique bene deſtilletur per alembicum duabus aut tribus vicibus. Et ſerua hancaquam vt pupillam oculi, expert⁹ ſum eam in omnibus morbis melancholicis, in tremore cordis, & vitiis ſtomachi & capitis. Doſis eius ℥. j. Hæc aqua multa bona fecit mihi & aliis, vt patet inſpicienti.

Syrupus in paßione melancholica probatus.) ℞. Flor.Borag.Bugloſſ. Stœchad.viola.an.M.j. Rad.Petroſel.Endiu. Capil.Veneris. Scolopendr.Chamdr.Chamepith. Abſynt. Meliſſ. an.M.ß.Sem.Aniſi,Carui,Ameos,Seſeleos. Santal. Roſar. Cappar. Berberor. Squinant. Cuſcutæ omnium an. ʒ.iij. Liquirit. mund. Paſſular.mund.an.ʒ.v. Thymi, Epithymi, Polypod.Senæ an. ʒ. ij. Myrobol. Ind. ℥.iij. Garyoph. Cinam. Semin. Baſilicon. an. ʒ.j. Myrrh.Croci an.℈.j.Pruno.N.x.Suc.Borag. Fumi ter.an.℥.iij.cum ſacch.alb. ſuffi. fiat ſyrupus, & acetoſetur cum vino vel aceto ſquillitico.

Electuarium ſolutiuum ad melancholiam & febrem quartanam, & duritiem ſplenis, Gentilis.) ℞. Cort.Myrob.Ind.℥.ij.ß.Keb.℥.j.Agar.ʒß.

 Liquir,

Liquir.Buglos.an.ʒ vj. Stœchad. Chamed Chamepitheos. Calamenti. Absyn. Sem. Anisi. an. ℥ j. ß. Epith. Polypod. Senæ an. ℥ iij Passul ℥ iiij. Prunor. Iuiubar. an. N. xvj. Fum ter. M j. Fiat omnium decoctio ad consumptionem tertiæ partis. Colentur, & adde sacch. ℔ ij. Lap. Lazuli. Lap. arm. Nitri pra par. Elleb. nig. an. ʒ ij. Salis gemmę ʒ ß. Diagrid. ʒ ij. Fiat electuarium. Dosis ad plus ʒ vj. cum aq. calida.

Electuarium pro melancholia confortans.) ℞ Spec. lętit. Gal. Diapliris. cum Moscho. Diamarg. an. q. u. Conser. Cicor. Borrag. Buglos. Anthos. Carnium & Cort. Citr. j. cond. an. ʒ ß. Spec. electuarii de Gemis frig. ℈ iiij Sacch. alb. ℔ ß. dissol. in succo pomor. dul. q. suf. Fiat mixtura cum syr. de citro.

Contra melancholiam pro Marchione vniuersalis curatio his sequentibus proponitur.) ℞ Cort. Embl. condit. ℥ ij. Xilobal. cond. ℥ j. Cort. Citri cond. ℥ ß. Conser. Anthos. ʒ iij. Melis. Gall. Musch. Rosar. rub. nondum maturat. Doronici Romani an. ʒ j. ß. Mastic. Nuc. Musch. Garyophyl. Been. alb. & rub. Cinam. electi. Sem. Melis. Acetos. Basilicon an. ʒ j Xilo aloes, Carabæ, Macis, Spicæ Rom. Cubeb. an. ʒ ß. Cass. lign. Folii, Margarit. an. ℈. j. Ambr. gr. x. Suc. Buglos. Melis. Fænic. an. ℥. ij. Sacch. alb. ℥ xij. Sacchar dissol

dissol. in succis prædictis prius depuratis addendo de aqua rosarum & Buglos. an. quant. suff. Reducatur ad formam Electuarii, sume in aurora ad quantitatem Auellanæ.

℞ Mirobal. Ind. ℥ iij. Epith. ʒ j. ß. Follic. senæ ʒ vi. Sebesten N. xij. Flor. Buglos. ℥ j. ß. Melissæ, Stœchad. Rosar. rub. an. ʒ ij. Sumit. lupulor. fumi ter. Eupator. Cuscutę, Thymi, Liquir. ras. an. ʒ j. Fænic. Corr. Cappar. & Tamariscor. Sem. Endiu. Spicæ an. ʒ ß. Radic. Bugloss. vsque ad consumpt. tertiæ partis, stent per noctem & diem in infusione. Vltimo adde epithymum & flores, & iterum stent in infusione. Deinde in dicta decoctione facta expressione conuenienti adde Sacch. alb. ℥ viij. Suc. Buglos. ʒ ij. Decoquatur ad mellis spissitudinem, addendo puluerem sequentem.

℞ Fol. senæ ℥ j. ß. Melis. sic. ℥ ß. Liquirit. ras. Maratri (seu Fœniculi) Cinam. an. ℈. ij. Rhabarb. electi ʒ j. ß. Spec. Diarhod. abb. ʒ. j. Misce, reducatur in formam electuarii, sumatur mane per iiij. horas ante prandium. Est medicamentum nobile in mundando sanguinem à superfluitatibus adustis, ad quantitatem Nuc. magnæ.

Potus.) ℞ Rad. Buglos. Rad. endiuiæ, Flor. Borrag. Buglos. an. ʒ ß. Ros. rub. Epith. Cass.

lign.an. ℈.j. Meliſſ. vtriuſq;, Baſilicon. Ozi. mi, Sem. Seſeleos, Doronici, Cuſcutę an. ℈. ij. Sen. ʒ.ij. Liquir. raſ. Marat. an. ʒ.ß. Paſſul. ʒ. vj. Bulliant in ℔.iij. aq. ad conſumpt. tertiæ part. & poſt vj. horas fiat expreſſio & ſyrupizetur cum ℥. v. Sacch. albiſſ. & ſumatur iiij. diebus in aurora.

℞. Conſer. Borrag. ℥.j.ß. Conſer. Bugloſſ. ℥.ß. Spec. Diarhod. Abb. Diamargar. an. ℈.j. cum ſyr. de Bugloſ. fiat mixtura, & tota æſtate poterat vti. Confert ſequens confectio ſemel aut bis in ſeptimana ante cibum horis duabus, quantitate nuc. paruæ.

℞ Margar. Coral. rub. Carab. an. ℈.j. Serici crudi, Doronici an. ℈.ij. Been. albi & rubei Santal. rub. Cort. Citri. Spodii. Roſa. rub. an. ℈ j. Cinam. el. ʒ.ß. Xiloaloes, Fragm. pretioſ. lap. an. ℈.j. Syr. de Bugloſſ. de pomis an. ℥.j. Sacch. albiſſ. ℥.iiij. Diſſoluto ſacch. in aq. Bugloſſ. fiat electuarium.

Æſtiuale.) ℞ Flor. Eupator. Meliſſ. Bugloſſ. Borrag. an. ℥.ij. Scolopendr. Capill. Veneris, Leuiſt. an. ʒ.j. Rad. Bugloſſ. Borrag. an. ℥. ij. Scolopend. Capill. Veneris, Leuiſt. an. ʒ j. Rad. Bugloſſ. ʒ.j.ß. Senæ ℥. iiij. Liquirit. raſ. Sem. Leuiſt. Seſeleos, Fœnic. an. ʒ.ß. Squinati, Spicæ, Acori an. ℈.j. Chamedr. Epith. an. ℈ ij. Paſſular. ℥. ij. Ponantur omnia in ℔. ij. Aq. Bugloſſ.

Bugloff. per diem & noctem. Deinde coquã-tur ad consumptionem tertię partis, & post viij. horas colentur, clarificentur & addentur ℥.j.ß. Suc. Buglo. purif. Sacch. alb. ℥. iiij. vel v. & aromatizẽtur cum ʒ.j. Spec. Diamar. & ʒ.ß. Diarhod. Abbatis.

Pro confortatione.) ℞. Diamarg. cum Ambra siue Moscho ℈. iiij. Spec. Electuarii de Gemmis ℈.ij. Limat. auri purif. ʒ. j. Margar. Raſ. Ebor. Linguæ auis, Serici crudi vsti, Blaccę Bizanr. an. ʒ. ß. Sem. Acetoſ. Spodii, Fragmen. Hyacint. Xiloaloes, Mastic. Xilobalſ. an. ℈ j. Trochisc. Diarhod. ℈. ij. Conser. Bugloff. ℥. iij. Sacch. Taberzerhi ℥. vj. Dissolue sacch. in aq. Melis. Roſ. & Buglos. fiat confectio in forma electuarii, & alterant. octo diebus sumatur confectio & syru. supra positus.

Vltimum remedium est sacculus quadratus cõfectus.) ℞. Spec. Electuarii de gemmis, Alipt. Musch. an. ʒ. ß. Santal. Cit. Melis. Fl. Anthos. Cort. Citri succor. an. ʒ. ij. Spec. Diamarg. cum Moscho & Ambr. ℥. j. fiat sacculus cum Serico tinctor. Kesmes, istis duobus vtatur vsq; ad autumnum.

Autumnale.) *Obseruato bono regimine accipiat lenitiuum hoc.*) ℞. Electuarii Dianthos ℥. ß. Caſſ. præpar. ʒ. iij. Conser. Bugloff.

ʒ ij. Fiat bolus, & sumat vt dictum est, & tardet cibum horis iij. aut iiij. Deinde sequenti die fiat Phlebotomia ex Basilica, dempto ad ℥ iiij. sanguine, & non vltra. Deinde sumat syrup. in aurora per vj. dies sequentes.

℞ Eupator. Scolopen. Melis. Cusc. Capil. vener. Folior. Bugloss. Borrag. an. ʒ j. Extremit. Tamaris. Chamedr. Thymi. Hyssopi, an. ʒ ß. Radic. Bugloss. Cort. Radic. Cappar. Rad. Endiu. Liquirit. ras. an. ʒ ß. Leuist. Acori, Cyperi, Asari, Sem. Agni Casti, Spicę, Xilobals. Costi an. ℈ j. Semin. Endiu. Melis. Semin. Fœnic. Acetos. an. ℈ ij. Bulliant in ℔. iij. Aqu. boni fontis, prius tamen steterint per noctem in infusione, & bulliant vsque ad consumption. medietat. post horas x. Colentur & syrupizentur cum ℥ xiij. Sacch. albiss. & duc ad formam Iulep longi. Seruetur in vase terreo, & sumat diebus sex in aurora. Deinde accipiat infra scriptum horis sex ante cibum.

℞ Flor. Bugloss. Eupator. Cuscutæ an. ʒ j. ß. Epith. Stœchad. Arab. an. ʒ ß. Polypod. ʒ ij. Agar. ʒ j. Cort. Myrobal. Keb. Embl. Ind. an. ℈ j. Folior. Senæ ʒ iij. Liquirit. ras. Semin. Fœnic. Asari an. ℈ j. Passul. ℥ j. Bulliant in ℔. Aqu. Bugloss. vsque ad consumptionẽ tertiæ partis. Vltimo apponendo

nendo flores Epyth.& facta expressione fortiter post viij. horas. Illius colaturæ. ℞. ℥ iiij. & in eis infundantur ℥ j. Rhabarb. Spicæ gr. v. Squinant. ʒ ij. vini Arom. ℥ ß. Et post horas x. colentur. & add. Syr. de Buglos. Mellis Rosar. Col. an. ℥ ß. sumat. Deinde die quinto post pharmacum, fiat Phlebotomia ex Basilica sinistræ, & extrahantur ℥ iiij. sangu. Deinde confectionem suam sumat. viij. diebus.

CAPVT VIII.

De Catarrho.

CONtra Catarrhum pillulæ ex Mithridato & Olibano retentæ in ore, sistũt Catharrum, lachrymas, & curant dolorẽ Reumatis supercilii, oculorum, dentium, faucium, mammillarum, & oris fœtorem & gingiuarum.

Conuenit etiam factis vniuersalibus, mane apponere Sacculum cum Sandaraca & Milio, Sabe & Rosis super caput.

Sternutatorium optimum contra Catarrhum, Epilepsiam, Paralysin, Apoplexiam, Ophthalmiã.) ℞. Flor. Lauend. Maior. an. ʒ ß. Siler. montani, sem. Poeon. Rutæ an. ℈ j. Castor. Origani, Nigellæ an. gr. xij. Elleb. alb. ℈ ij. ß. Piper. long. gr. j. ligni Aloes, Ambræ, Moschi an. gr. ij. Fiat puluis simul commixtis pro Ster-

nutatione, exhibeatur parum super cultellum. Et ego administro cum Nasalibus in casibus istis.

Trochisci capitales secundum patrem meum Nicolai Stocker, maxime exiccatiuum.) ℞. Sal. gemm. Sal. communis. Salis Nitri, Spumæ maris an. ʒ vi. Elleb.alb. ʒ ij. Fol. Senæ ℥ ij. Saxifrag. Staphisag. Sinap. Fœc. Vini vsti an. ℥ ß. Sulph. Rosar. Gallar. Alkanna vel Cort. Berber. Squinanti, Prassii, Olibani, Garyophyl. Ligni Aloes, Lilii, Alum. Folii, Spicæ an. ʒ ij. Sapon. ℔ j. ß. Musci ʒ j. Misce & fiant Trochisc. cum Vino vel Aq. Rosar. Maior. Lauend. & sunt pro Lotura Capitis.

Trochisci vel Baletæ aliæ pro lotura capitis vel barbæ simplicis, possunt tamen fieri ad placitum.) ℞. Sapon. ℔ j. Rad. Ireos ℔ ß. Laudani ℥ iij. Lign. Aloes ʒ j. Garyoph. ℥ j. ß. Folior. Maior. Basilicon. Spicæ an. ʒ j. Omnibus puluerisf. misceantur & incorporentur, fiant Baletæ.

CAPVT IX.

De Ophthalmia & Rubedine Oculorum.

VNguentum mirabile cõtra Ophthalmiam B. de Montag. & contra omnem dolorem & sanguinem in oculis, & scabiem, & omnem vlcerationem.)*

nem.) ℞ Tutiæ præpar. in Aq. Rosar. ℥ ß. Fœnugr. Axung. Porcinæ recentis sine sale ℥ j. Amyli ʒ vi. Agitentur diu in mortario terendo, deinde abluatur tribus vicibus cum aqua Solatri, vnge ex eo frontem & tempora, palpebras intra & extra, & confert ad omnia prædicta.

Aqua mirabilis efficaciæ in principio Ophthalmiæ, valet etiam cōtra omnem dolorem à quacunque causa proueniat, quando dolor est recens, imponatur oculis saltem vnica gutta, vt tantum sentiatur de substantia aliquid esse impositum cum digito vel penna, videbis mirum effectum in primo die, imo in ipsa hora. Ibi percipietur nonnihil doloris de acuitate aquæ, quæ oculis eliciet lachrymas calidißimas, quæ tamen statim cessabunt: patiens iaceat resupine ad spacium quadrantis horæ, est enim pro speciali dono donatum à quodam Monacho Doctori Medicinæ.) ℞ Nuc. Musch. Macis, Garyophyll. Zinzib. Piper. long. Cinamon. an. ℥ j. Contundantur grosso modo, postea ponatur in optimi Vini Maluatici mensur. j. & infundatur Maluaticum Vinum in ollam vitream cum speciebus prædictis, in qua extinguatur Tutiæ ℥ ß. cum cochleari ignito, & ex chalybe facto nouem vicibus, postea exponitur soli tribus mensibus in vitro bene obstructo, & erit præparata, maneant species in infusione.

Aqua

Aqua in principio Ophthalmiæ fluente materia, parum imposita in Angulos, & præterea clarificat visum & oculos.) ℞. Nuc. Musch. Garyophyl. Macis, Zinz. Piper long. Cinam. an. ℥ ij. Vitrioli ℥ j. Sal. communis ℥ ß. Puluerizentur omnia grosso modo, Turiæ præpar. ℥ j. & extinctæ in ij. mensuris vini Malvatici in cochleario ferreo de chalybe apud fabrum nouies, postea feruentur simul omnia in vitro, & exponãtur soli diu, & sæpe agitentur, à principio species pulueriʒentur.

Ad rubedinem oculorum Collyrium.) ℞. Ceruſ. lotæ ℥ ß. sangu. Dracon. Lap. Itæma. Boli Arm. Corall. rub. Myrobal. Citri an. ʒ j. Saphyri, Margarit. an. ʒ ß. Pulueriʒentur vt Alcohol, addatur Camphora ℈ ß. Tragant. ℈ j. Misce. ℞. Pulu. præſcripti ʒ j. dissoluatur cum album. oui, & bene agitetur, adde aq. rosf. vel sanguinar. q. ſ. mittantur tres guttę in oculos, deinde pannus lineus infundatur in hac aqua, & oculo superponatur.

Aqua ad rubedinem oculorum, & ad sanos & ægros benedicta.) ℞. Tutiæ præpar. ʒ vi. Aloes Epat. ʒ vi. Sacch. Candi ℥ j. ß. Camph. ℥ ß. Vini alb. ℥ ij. Melius esset Chalybeat. aq. Roſ. ℥ ij. omnibus ſubtiliſſ. pulueriʒatis vt Alcohol, Miſce cum aq. Roſar. & Vino, ponatur ad Vitrũ ſtricti orificii, ſigilletur cum Cera, moueatur omni die per Mẽſem, poſtea ſtet

ea ftet per duos dies, quoufque fecerit refidentiam, & colligatur Aq. clara quæ feruetur in Vitro mundo, & quanto antiquius tanto melius fit iftud Collyrium.

Collyrium Expertum fæpius per me in multis, contra rubedinem oculorum & lachrymas potenter exiccat & omnes humerofos oculos.) ℞ Lapid. Calam. ℥ j. fubtilis pulu. vt Alcohol, deinde fuperfunde vini ardẽtis optimi ℥ ß. vel plus, incendatur atque confumitur vinum, deinde iterum pulucrizetur, & pone iftum puluerem in ampulla, & fuperfunde vini albi clari ℥ ij. vel iij. aut aq. rof. & pone in oculis mane & fero & à meridie.

Collyrium contra Rubedinem & pruritum oculorum.) ℞ Vini alb. fubtilis adhuc fuper fecib⁹ iacentis Menf. 5. extinguatur in eo chalybs ignitus, vt quafi bulliat, coletur, poftea adde Tutiæ præpar. ℥ ß. Camph. ʒ j. pone in vitrum, & quando vti volueris, tunc prius agitetur. Quidam Monachus mirabilia egit cum eo.

CAPVT X.

De Effluxu Lachrymarum.

AD *reftinguendas lachrymas.)* ℞ Tutiæ præpar. ℥ ij. Lap. Hemat. ʒ ß. fangu. Dracon. Acatiæ, Antimon. an. ℈ ß. Camph. ℈ ij. Ter. Sigil. ʒ ß. Aq. fœnic. Chelid. an. ℈ j. Aq. Viol. Rofar.

Rosar. Vini montani subtilis & clari. q. s. Bulliant omnia simul in duplici vase ad consumpt. Mediet. & coletur.

Mirabile & expertũ in restinguendo lachrymas oculorum.) ℞ Cort. Myrobal. Citri, infundatur in Aq. Rosar. opt. post tres dies, deinde exiccentur & puluerizentur. Iterum in Aq. Rosar. infundantur ter vel quater. Puluis iste mirabiliter restinguit lachrymas oculorum, & consumit humiditates, fortificat oculos malos.

Vnguentum ad oculorum lachrymas.) ℞ Pulu. Nil. q. v. vel part. j. Ros. part. iij. Album. oui. part. j. Aq. Euphrag. part. ß. Misceantur & agitentur, fiant super marmore ad formam vnguenti mollis, cum quo vngantur oculi & palpebræ supra & infra, exiccant humiditates oculorum.

Contra oculos lachrymosos rubeos, & pruritũ eorũ. D. Alb. Minsing.) ℞ Alb. ouor. N. x. Vitrioli. alb. ℥ ij. bene pulucrizati. Misceantur simul bene in scultella de stanno, postea ponantur simul in bocia, & destillẽtur per balneũ Mariæ. De illa Aqua pone in Aq. Rosar. q. v. secundum quod vis aquam habere acutam.

CAPVT XI.

De Maculis, Telis & Vngue oculorum.

PVluis ad attenuandum maculas in oculo.) ℞. Frag-

Fragment. Saphyri ʒ j. Margarit. ʒ ß. Tutiæ præpar. Nucleor. de Myrobal. Citri. an. ℈ j. Fiat pulu. subtiliss. vt Alcohol. Et primo imponatur oculis parum, deinde superponatur collyrium infra scriptum.

℞ Tutię prępar ℥ j. Ceruss. lot. ℥ ij. Sarcocol. mixtæ in lacte mulieris, Tragacanth. an. ʒ ß. Gummi Arab. ℈ j. Camph. gr. iij. Aq Rosar. ℥ iij. Aq. Euphrag. Fœnic. an. ℥ j. Misce, fiat collyrium.

Ad auferendam maculam antiquam vel carnem in oculo.) ℞ Ouum recens & coq. donec Vitellum sit durum. Deinde solum Album accipias sic calidum ℥ ij. Cupri aut Soriæ eius ℥ ij. pistentur optime. Deinde in petia nitida pone, & constringe Aq. claram, & serua vsui, valet mirabiliter ad auferenda signa vel maculam antiquam, vel carnem ex oculo.

Puluis pro oculis, valens proprie ad vngulam.) ℞ Sal. Armon. sub. alb. & pulerizati ℥ ß. Lactis mulieris ℥ ß. Misce, & exiccentur super marmore lapide, supposito lento igne, & fiat puluis subtiliss.

Ad ignem.) ℞ Butyri Mulieris ex lacte coagulato, pulu. Salis Armon. subtiliss. puluerizati q. s. Fiat vnguentum.

Mirabile Secretum apud me ad deponendum vngulas, suffusiones, & clarificandum oculos

los, & spiritum visibilem, cuius experientiam vidi in puella, quæ pluribus annis fuit cœca.) ℞ Aq.rosar.Euphrag.Fœnic. Chelid.Apii,ana q.s.in illam mixturam aquarum.scilicet ℔ ß. adde Mercurii sublim. & subtiliss. pulverizati gr. v.vel ℈ ß. ponatur omni mane gutta vna vel duo in oculos, est expertum & omni laude dignum.

Puluis expertus pro pannis & vngulis.) ℞ Tutiæ præpar. Antim. Ceruss.lotor.in aq.Rosar. an. ℨ ij. Sarcocol. Myrrh. an. ℨ ß. Amyll ℨ j. Tragacant.Licii, Corall. rub. Oss. Sepiæ an.℈ ß.Camph.gr.iiij.Virid.ęrisSalisArmo. Vitrioli an.j.ß. Fiat pulu.subtiliss.& per syndonem cribretur vt Alcohol.

Contra Vngulas & pannos oculorum expertiss.) ℞ Butyri recentis in Maio collecti ℥ ij. Pingued.Taxi ℥ ß. vel ℨ vi. Axung. Nocticoracis ℨ ij. vel ℨ j. loco istius, si non haberetur, ponatur Axung.piscis, qui dicitur Aschen ℨ j. coq. leniss. simul. Deinde coletur per pannum mundiss. reseruetur, & ponatur parum ad oculos vngulosos & calosos. Et est expertum.

Experimentum ad delendas telas oculorum subtiliter.) ℞ Sem.Coriand.excort.℥ ß. Bulliant in lacte Caprino ad mediam horam. Deinde stet in infusione per diem naturalem. Denique exicca & confice cum ℥ ß. Pingued. Porci,

Puluis contra ardorem & excoriationem vesicæ.) ℞.Sem.Endiu.Scariolæ, Acetos.an. ʒ.ij. Sem.Portul.Lactuc.an.℥.ß. Sem. Papau.albi,Medul.Pinear.an.℥.j.Sem. Hyosc.ʒ.j.ß. Gummi Arab.Tragant.℈.ß.Sacch.Candi ʒ. ß. Alkekengi ʒ.j.Sacch.albi duplum ponderis, fiat pulu.subtiliss.& est expertum.

Nota, experimentum cuiusdam fratris minoris.) ℞. Herb. Sarracen. Sannic. Vincæ peruincę, Diatrag.an.℥.ij.Liquiri.ras.q.s.Sacch. Candi.q.s.fiat puluis, & misce, de quo ℥.ß. coquatur in mensura vini albi vel aq. sic coquitur omni die, de quo detur mane & sero haustus.

Contra ardorem vrinæ.) Fiat inunctio bis in die in loco inter anum & testiculos cum vnguento sequenti.) ℞. Mucillag. Sem. Cydoneor. Alth.& Tragant. factor. ex aqua Portul.an.℥.iij.Ol.Myrtill. Ol. violar.amygdal. dulc. an. ℥. ß. cum cera alb. fiat vnguentum.

Vnguentum contra ardorem vrinæ.) ℞ Ol.vio. Nenuphar.lotar.cum succo Endiu. Plantag. & Semperuiuæ an.℥.j. Lactis mulieris ℥.ß. Mucillag.Psylii ℥.j.ß.Camph.℈.j.Ceræ albæ q.s.fiat vnctio, quæ valde confert, quando ardor est cum difficultate mingendi.

Mirabile in sedando dolorem & ardorem vrinæ.) ℞.Butyri recentis sine sale Maialis, pone de

de tali butyro ad anum in forma suppositorii, postea ℞. de Axung. Anseris, cum qua vnge mane & sero vmbilicum.

Vnguentum renibus calefactis.) ℞. Ol. Rosar. violar. an. ℥. j. Pingued. Anseris, Semperuiuæ succi, an. ℥. ß. Mastic. Thuris, Amydi, an. ʒ. j. Camph. ℈. ß. Ceræ albæ q. s. fiat vnguen. molle.

CAPVT XLII.

De Stranguria & Ischuria.

Contra stranguriam seu mictum guttatim.) ℞. Sem. Melon. ʒ. ij. Liquirit. ras. ʒ. j. Gland. pulu. Ocul. cancror. an. ℈. j. Sacch. q. s. misce.

Glandes puluerisati cum vino, soluunt stranguriam.

Ad prouocandum vrinam subito.) ℞. Rad. Apii coquantur bene in aq. com. vsque ad medietat. consumptionem, in illa aqua lauetur corpus patientis, vel balneetur in ea, statim vrinabit.

Item, ℞. Lapidem, pone in ignem, quando fuerit bene calefactus, superasperge acetum, deinde superponatur Parietaria, donec calefiat, & applicetur pectini.

Ad prouocandum vrinam, da Carabe partem crudæ cum vino vel aqua.

Item, ad prouocandum vrinam.) ℞. Folior. Tilię

Titiæ, coquãtur in vino vel aqua, postea emplastretur pecten & vesica, prouocat vrinã.

Emplastrum ex cæpis pistatis & bullitis in vino vel aqua calide applicetur ad ventrem, & illico producit vrinam.

Item. Aqua Lappæ destillata, mira est.

Si quis mingere nequeat.) ℞. Sigillum Salomonis, de puluere eius bibat cum vino vel suc. Gamandreæ vel Petrosel.

Ad prouocandum vrinam subito.) ℞. Gran. Alkekengi ℥.ß. Maluasiæ poculum j. temperentur lento igne simul, dosis ℥.j. mixto cyatho. Lactis Sem. com. frig. maior. vel in æstate ℞. suc. v. vel vij. Granor. Alkekengi cum vino, non fallit.

Item Hedera arborea vel muralis puluerizata cum vino subtili, statim prouocat.

Aliud) ℞. Nucleor. Persi. Ceras. Sem. com. frig. maior. an. ℨ.ß. Sem. vrtic. ℨ.ij. aq. Raphani ℔.ß. Vini boni & odoriferi ℥.iiij. Sacch. j. fiat lac.

Ad prouocandum vrinam restrictam subito.) Coquatur Hypericon. in vino opt. & detur in potu, fiat puluis quoq;.

De Mitridato, Arnoldus de Villa noua.) Mithridatum datum cum decoct. aliqua diuretica, prouocat mirifice vrinam hominis [illegible] nioso & aliis, datur cum decoctione Mil. Solis & Saxifrag. frangit & expellit calculum

ren[illegible]

renum potenter, & confert lapidi veſicæ.

CAPVT XLIII.

De Calculò Renum & Veſicæ.

Contra arenam & calculum expertiſ.) Ponatur patiens in balneo Tinæ, bibat aquam Centinodiæ, in qua ſit diſſoluta Borax. in menſura vna ℥. *j*. Boracis, & videbis mirabilia in vrina. Hæc M. Fridericus.

Serapinum diſſolutum in ſucco rutæ frangit lapidem, & ducit vrinam ex pandectis.

Electuarium Montag. expertum in comminuēdo & educendo calculum.) ℞. Sem. Aniſi, Petroſel. Rad. Saxifragiæ, Gran. Milii Solis, Polymontani, Ariſtol. rotund. an. ʒ. j. Lap. Lincis, Lap. Iudaici, Lap. Spongiæ an. ʒ. j. ß. Vitri combuſt. Gang. Hirci præpar. an. ʒ. iij. Liquirit. pulu. ℥. ß. Oxymel compoſ. Sach. alb. an. ℔. ß. Aceti Squillit. ℥. ß. Miſce & fiat electuarium. Crede (inquit) nullum lapidē euadere, qui nō ab hoc electuario cominuatur, & ſi non timerem reuerentiam autoris, dicerem, quod frangit & educit etiam lapidem inueteratum, & in hoc caſu commendat ipſe compoſitionem de fiſticis, vt: ℞. Fiſticor. mundat. ℥. iiij. Sacch. ℔. *j*. incorporetur in mortario cum aq. roſarum qu. ſ. coquantur lento igne, & fiat confectio de

 ſpecieb.

ſpecieb. Trium Santal. aliquando, & aliquã do cum Cinam. ſi epar eſt frigidum vel cali dum. Eius enim ratio ſemper habenda eſt i compoſitione medicamentorum.

Contra calculum.) Puluis ſtraminis fabar. ſeu ſtipitum fabar. aduſtorum de cinere ℞. ʒ. j. cum aqua Bethon. in ingreſſu lecti & mane. Poſtea fiat balneum, tunc eſt res ma xime experta, vel fiat lixiuium ex cinere, & detur.

Ad frangendum lapidem in renibus & veſic. fiat talis deſtillatio.) ℞. Succi Saxifrag. ℔. ij. Milii Solis, Succi Petroſel. an. ℔. ß. Aceti de bono vino ℔. viij. omnia miſce, de ſtillentur per Alemb. de qua datur ℥. j. mane & ſero, ſtatim curabitur.

Electuarium contra lapidem M. H. M.) ℞. Puluer. Rub. ſequentis contra calculum ʒ. j. Spec. Reginę, Spec. Electuarii, Philoantro pos, Lithontribon, Electuarii Ducis, Spe. Iu ſtini an. ℈. ß. gr. v. Spe. Dianiſi, Diacymini an. ℈. ß. Sem. Petroſel. Apii, Geniſtæ, Sem. La ctuc. Portulac. an gr. v. Milii Solis ʒ. ß. Rad. Filipend. Garyophyll. Macis, Nucis Muſch. Amomi. Ameos, Galang. Calam. arom. Ci nam. an. ℈. j. Sang. Hirci præpar. ſ. a. ʒ. ß. Sem. com. frig. maior. an. ʒ. j. Sem. Aquileg. Sem. Vrticæ, Sem. Altheæ, an. ℈. ß. Liquirit. raſ. ʒ. j. Rad. Saxifrag. nodoſ. ʒ. ß, Sem. Aniſi, Fœni

Carui

Caruian. ℈.j. Senæ, Turbith an. ʒ.iij. Zinzib. ʒ.ß. Agar. elect. ℈ij. Sacch. ℥.v. misce, fiat puluis, incorporetur cum Oxymelle Diuretico q. s. pro electuario.

Puluis rubeus contra calculum.) ℞. Cinam. Coriand. præpar. Santal. rub. an. ʒ.j. Garyophyll. Galang. Zinzib. an. ℥. ß. Anisi, Fœnic. Sem. petrosel. Cretæ marinæ, Milii Solis, Sem. Melon. mundat. an. ʒ.ij. Ligni Aloes, Alkekengi, Lap. Spongiæ, Lap. Iudaici an. ℈.ij. Sacch. ℥. ij. ß. fiat puluis rubeus contra calculum, adde si placet sanguin. Hirci præparati.

Aqua contra calculum.) ℞. Rad. Petrosel. Leuist. Fœnic. Enulæ, Pimpinel. Raph. maior. & minor. Granor. iuniperi, Symphyti magni, omnibus incisis & siccatis infunde parum vini, & supernatet ad quantitatem digiti, stet per mensem vt putrefiat, postea destilla ter vel quater, da cochl. j. mane, ante & post balneum cochl. j. expertum est.

Ad rumpendum & prouocandum arenas, & lapides, subito expertum.) ℞. Rad. Pimpinel. cum herba mund. incidatur, affundatur acetum forte, & stet in Bocia tribus diebus. Postea pone in alembicum, destilletur lento igne, de hoc detur cochl. mane, vel cũ opus fuerit, cui non est par in illo casu.

Pillulæ fratris Alberti M. quibus vsus est pro D. Papa Gregorio contra calculum & alias dispositiones, & iis vsus est pater meus.) ℞. Amomi, Anisi, Fœnic. Mastic. Cardam. Zinzib. Zedoar. Cinam. an. ʒ. j. Macis, Spicæ, Carui, Galan. Nuc. Musch. Garyophyll. Iuiuba. an. ʒ. ij. Ligni aloes, & omnes species Myrobal. Fol. Iunip. Apii, Petrosel. an. ʒ. j. Senæ, Costi, Agarici, Acori, Saxifrag. Lap. Lazuli, Puleg. Turbith, Siseleos, Ameos, Aneti, Mylii Solis, Sem. Portul. & Lactuc. an. ℥. j. Rhabarb. ℥. ij. Aloes opt. ℥. ii. j. conficiantur cum vino albo, in quo sit temperatũ Musci, Ambręan. gr. ij. fiant pillulæ, quæ ante cibũ & post cibũ (quib. non inueni meliores) sunt adhibẽdæ. Has laude dignas & effectu probatissimas credo, sicut experientia probaui, plures habent vtilitates, aperiunt, consumunt, roborant, catarrhum sistunt, mundificant, lapidem frangunt, vrinam cient: sunt expertæ.

Puluis contra calculum.) ℞. Spec. Ducis ʒ. Bened. Laxat. ʒ. ij Pulu rub. contra calculum ʒ. j. Diagrid. ʒ. ß. Turbith. alb. gummos. ℈. Zinz. albi ʒ. j. ß. Cinam. Masticis gr. iiij. Sacc. ad pondus omnium. Dosis ʒ. j.

Puluis D. Peiceri quo ipse vsus, & D. Michael habuit pro singulari.) ℞. Milii Solis, sem. Anisi, Fœnic. Petrosel. sem. Melon. an. ʒ. ij. Ligni Aloes, Alkekengi, Filipend. Lap. spon

La

Lap. Iud. an. ℈ ij. Sem. Genistæ, Saxifrag. an. ʒ j. Cinam. Coriand. præpar. Santal. rub. an. ʒ j. Garyophyl. Galang. Zinzib. an. ʒ ß. Cretæ Marinæ ℥ ij. Sacch. q. s. Fiat Puluis.

Solus puluis ex Corticibus Auellanarum rub. ministratis cum aliquo diuretio, multum expellunt arenulas & lapides. Expertum.

Aliud Expertum.) ℞ Raph. min. q. v. Contunde in mortario cum aliquo liquore, adde Vini opt. & fortiss. q. v. exprimatur per pannum, & illud calide ministratur, in ardore Renum certiss. & frangendo & minuendo lapide.

Aliud.) ℞ Aq. destill. ex fol. arboris Querci ℔ iiij. Aloes Epat. ℔ ß. Rad. Pyrethri ℥ vi. Infundantur omnia in prædicta Aqua per triduum, destilletur, detur Patienti ℥ iij. vel iiij. quia frangit lapidem, si etiam extrinsecus in illam aquam ponantur.

Item Agrimonia decocta, maxime expellit Arenam.

Aliud expertum.) ℞ Marrhub. coquatur in Vino, detur patienti habenti lapidem Vesicæ, vel Renum sanat.

Contra Calculum & malas dispositiones Renum cuiusdam Doctoris Itali.) ℞ Leporem viuum euisceratum & lotum cum Vino albo, Turtures N. ij. Similiter lotas & mundatas,

ſcindantur omnia minutiſſ. cum oſſib⁹ eius, & additis radici. Raphani maior. ℥ j. Paſſul. ℥ ij Cinam. Nuc. Muſch. an. ℥ ij. Garyophyl. ʒ j. Flor. Bugloſſ. veræ M. ij. vel aquæ earum deſtillat. ℥ ij. ſem. Melonum ʒ iij. Liquiric. ʒ ij. Sacch. alb. ℥ ij. Miſce omnia, ponantur in deſtillatorio vitreo bene lutato, deſtillentur omnia lento igne. Aq. ſerua, & cum vti volueris, detur ʒ j. ß. pro vice, mane ieiuno ſtomacho. Et videbis auxilium experti ſſimum.

Aqua frangens lapidem in Renibus & veſica, & extirpat fiſtulas.) ℞ Succi Saxifrag. ℔. Milii ſolis, Suc. Petroſel. Aniſi an. ℔ ß. Aceti albi purificati de Vino bono ℥ VIII. Omnia ſimul miſce, & deſtilla per Alemb. & quid fluit ſerua in ampulla Vitri bene clauſa. De hac detur patienti mane, à meridie & ſero ℥ j. Pro certo liberabitur, & ſi vis deſtilla in fiſtulas.

Aqua deſtillata ex foliis Fabarum, optime valet contra Calculum.

Puluis contra Calculum.) ℞. Sem. Milii ſolis, Apii, Perfoliatæ, Saxifrag. Rad. Petroſel. Raph. maior. an. ℥ ß. Sacch. ℥ ß. Miſce fiat puluis. Doſis ℥ j. cum Aqua ſublimationis Fragariæ.

Clyſtere ſedatiuum doloris in Calculo.) ℞ Lactis Vaccini M. j. Bulliant in eo, Sem.

Car-

Carthami mund. & contuſ. ℥ ß. cum Oleo & modico Salis. Fiat Enema, adde Vitellum oui N. ij.

Ad idem Balneum, quod Lapides prouocat M. mei.) ℞ Origani, Dauci, Cyperti, Sileris mõtani an. M. j. ß. Chamomil. Meliloti, Maluæ an. M. ij. Pimpinel. Rad. Saxifrag. an. ℥ j. ſem. Apii, Petroſel. an. ℥ j. Valerianæ ℥ j. Baccar. Lauri, Rutæ an. M. j. Teratur groſſo modo & ponatur in Sacculo.

Vnguentum bonum, dolorem minuit, Lapidemque & ventoſitatem reſoluit.) ℞ Ol. Scorpion. compoſ. Meſ. Nucleor. Perſicor. an. ℥ j. Chamomil. ℥ ß. Ol. Spicæ, Lilior. alb. Pingued. Galli an. ℥ ß. Anatis ℥ j. Pulu. Cinam. ʒ ij. Croci ʒ j. ß. Miſce fiat Vnctio ad locum doloris ſtomacho ieiuno, bis in die ante prandium & cœnam, & ſecundum neceſſitatem.

Expertus ſum in maximo dolore Renali & Calculo, vbi alia non contulerint, Emplaſtrum de Meliloto Meſ. Malaxetur cum Oleo Chamomill. Aneti, extenſum ſuper panno lineo.

Ad dolorem dorſi intollerabilem M. Pauli in Viris & Mulieribus hoc vtebatur vnguento vngendo leniter eas partes.) ℞ Ol. Roſar. quantum teſta vnius oui capere poteſt, Ceræ ad quantitatẽ Auellanę, diſſoluatur lento igne. Poſtea fundi-

funditur super aquam frigidam & sæpius lauetur cum aqua frigida, semper mouendo vsq; ad albedinem, & ita sæpe curauit vetulas, quæ vt plurimum conqueruntur de dolore dorsi.

Vnguentum Anodynum contra dolorem renalem & ad sistendum dolorem in membris neruosis, & in quocunque corporis parte.) ℞ Ol. Keirini ℔ j. Ol. Amygdal. dulc. Sesamini an. ℥ vi. Butyri recentis ℥ iij. Croci ℥ ß. Corall. alb. ℔ ß. Misce, fiat Vngu. molle, in cuius fine addatur Vitell. ouor. iij.

CAPVT XLIV.

De Exulceratione Renum & Vesicæ.

Experimentum mirabile ad vlcera renum & vesicæ secund. Gentilem, vbi ego vidi experimentum magnū.) ℞ Pulu. Trochisc. de Thur. descript. Rasis, in cap. de Mictu saniei ʒ iij. Syr. de Papau. ℥ ß. Cass. recenter extract. ℥ ß. Distemperentur omnia in aqua decoctionis Sem. 4. frigid. maior. Ex hoc totum detur eunti cubitum & continuetur per mensem.

Secretum de decoct. Fragariæ in aqua cuius quantitas sit ℔ iij. ad Mens. j. Herb. cum Radic. Sitque Vas decoct. omnino obstructum, præterquam foramen minutum in coopertorio relinquetur, per quod materia trans-

transſpiret. Completur autē decoctio communiter in vna hora cum lento igne, & ſedabit dolorem fortiſſ. ab vlceribus Veſicæ cauſatum.

Ad Vlcus Veſicæ.) ℞ Suc Gratię Dei, & Plātaginis, depurati & exhibiti cum Saccharo iuuant.

Ad Vlcerationem & ardorem Mynſing.) ℞ Papau. albi, Amydi, Liquirit. Succi, ſem. Melon. an. ℥ ß. decoqu. in ℥ viii. Aq. ad conſumpt. Medietat. Coletur, Colaturæ adde Mucillag. ſem. Pſylii, Cytoneor. Lact. mulitbris, Ol. Roſar. Violar. an. ʒ j. ß. Opii gr. iij. in Ampulla miſce pro Syringa vel Clyſtere.

Contra mictum ſanguinis & vlcus veſicæ.) ℞ Reupont. electi q. v. Pone in lac Ouinum vel Caprin. & de eo bibat ſæpe, valet ex quacunque cauſa.

CAPVT XLV.

De Suppreſſione Menſium.

Pillulæ Menſtrua prouocantes.)* ℞ Myrrhæ, Cinam. an. ʒ j. ß. Fol. Perſicar. & Rutæ, Calamenti, Pulegii, Carui, aſſæ fœtidæ, Serapini, Opopon. an. ʒ j. Ariſtol. rotund. Pip. longi an. ʒ j. Cumini, Lupinor. an. ℥ j. Fiant pillulæ cum aqua Sauinæ, dentur iij. vel v. in ingreſſu lecti.

Aliud

Aliud mirabile Menses prouocans in forma pill. ℞ Suc. Mercurialis, Mellis mund. an. ℥ j. Pulu. Nigell. q. s. ad conficiend. Pillul. Fiant Pill. grossæ. ℞ ij. vel iij. in nocte, in qua menstruari debet, & fluent Menstrua copiose, educit quoque fœtum.

Prouocatiua Menstruorũ sunt multa.) Syr. de Artemis. est mirus & expertus subtiliando & ꝓuocando sangu. Menstr. Euacuetur Materia cum electuario Indi, & si diu durauerit, tunc sæpe iteretur digestio. Vacuata Materia fiat Balneum ex Althea, Arthemis. Fol. Sambuci, Flor. Salicis, Violar. Polytrici, Fœnugr. sem. Lini. Post quod vngatur vnguento molliente ex Ol. Amygdal. Medul. cruris Vituli, Butyri, Fœnugræc. Lini. Postea in ingressu fiat puluis.

℞ Cort. Cass. fist. Cyperi an. ℥ j. ß. Radic. Tormentil. Rad. Pœon. Cinam. à Cortice superiori purgati an. ʒ ij. Croci, sem. Nardi, Bauiræ, Squinanti, Lupinor. Sem. Endiu. an. ℈ j. Sacchar. q. s. Sumat cum Vino decoct. Mercurialis, Iuniperi, Melissæ, Arthemisiæ, Cicer. rub. Fœnugr. Continuatur tribus diebus, tunc minue ambas Saphenas.

Item, Triphera magna sine Narcoticis facta & continuata cum decoct. Puleg. & Calamenti, & Mentastri.

Item,

Item, Theriaca Diateſſaron ſumpta cum ℥j. Myrrhæ & ℥j. Nigellæ cum Vino ſubtili, aperit Opilationes inueteratas maxime ſi ſupponatur cum Succo Mercuriali.

Suffumigentur Mulieres cum decoctione Sauinæ, Lauri, Rutæ, Pulegii, vndique bene opertæ, poſt lauent Vuluam & adiacentia cum illa decoctione bene calida, poſtea bibant Suc. Rutæ ℥j. Cum vino bene calido, ſic ſecundo die fluent Menſtrua.

Puluis expertus & mirabilis ad prouocandum Menſtrua, ſecundinas & fœtũ mortuum.) ℞ Caſſ. lign. Cort. Caſſ. fiſtulæ Cinam. Diptami, Boracis, Caſtorei an. ʒ ij. Croci ℈ j. ß. Miſce fiat puluis ſubtiliſſ. Detur Cochl. j. pro vice, cum vino odorifero mane.

Aliud expertum ad expellendam ſecundinam ſecundum Gentilem.) ℞ Cinamom. elect. Raſ. Eboris, Croci an. ℥j. Detur in Vino odorifero.

Ad idem.) ℞ Mitridati, Croci an. ʒj. Cum Vino.

Aliud prouocans Menſes.) ℞ Aſari, Rub. tinctor. Aniſi an. ℥ ij. Meliſſ. Garyophyllon. Beton. an. M. ß. Cinamom. Sileris montani an. ʒj. Valerianæ ʒ ij. Contundantur & coqu. in ℔ VIII. Aq. vſque ad conſumpt. tertiæ partis,

partis, Colaturæ detur Cyathus tepidus o. mni mane, dulcoretur cum Saccharo alb. Et M. Thadeus Florentinus vtebatur isto puluere ad purganda Menstrua. Vt sequitur.

℞ Calaméti, Sauinæ, Pulegii, Cinamom. Sambuci, Cyperi, Nasturtii, Piperis, Cassiæ ligneæ, an. Fiat Puluis.

Mirabile & Expertum à quodam amico ad prouocandum cito Menstrua, secundinas & fœtum mortuum.) ℞ Milii solis, Visci Querc. an. ℥j. Contundantur, bulliant in Vino albo optimo, postea detur Cyathus j. mulieri laboranti in partu, prouocat fœtum viuum & mortuum, & Menstrua.

Aliud pro Menstruis expertum, valet etiam contra frigiditatē, & ventositatem Matricis.) ℞ Castor. ʒ ß. Croci Oriental. ℈ j. Vini alb. ℔j. Coq. vna ebullitione, sumat omni mane ex eo haustum, iuuat.

Modus prouocandi Menstrua mirabilis, factis vniuersalibus.) Dentur Trochisci de Myrrha, in forma pillul. ante cibum v. vel VII. Cum Aq. decoctionis Iunip. & Sauinæ, vel fiant pillulæ de duabus partibus Myrrhæ, & vna tertia parte Asæ fœtidæ cum quarta parte Cinam. Si placet, potes vti loco Syr. per aliquot dies de Rub. maior. vel Sauinæ. Quia Sauina multum attenuat & subtiliat, & est multa in extenuatione sanguinis. Et simili-

ter

ter Caſſ.ligneæ & Aq.Cæparum & Aniſarũ, & decoct. Mentaſtri fluuialis & Pulegii, & omni mane detur ʒ j. Trypheræ magnæ ſine Opio cum Vino ſubtili albo ad 8. dies ante Menſtruorum purgationem, & eo tempore ſumat ad quantitatem Caſtaneæ cum Vino albo.

Pillulæ ex Caſtoreo ij. vel ʒ j. dentur, prouocant Menſtrua plurimum.

Ad prouocandum Menſtrua detur ℥ j. Pill. de Opopanace.

Item Vinum decoctionis Chamedrios Menſes prouocat.

Secretum Montag.) ℞ Elect. Hierę ſimpl. ℥ j. Croci ℈ ß. Miſce.

Syrupus prouocatiuus.) ℞ Rad. Ruſci, Aſparagi, Fœnicul. Petroſel. Apii, Rad. Cyperi an. q. ſ. Scolopendr. Saxafrag. Milii ſolis, Leuiſt. Enulæ an. M. j. Cicer. rub. Rad. Rub. maior. an. ℥ ij. Rad. Raphani ℥ j. Arthemiſ. Sauinæ, Puleg. Valerian. Calamenti an. M. j. Meliſſ. M. ij. Sem. Seſeleos ℥ ij. Xylobalſ. Carpobalſ. Sem. Melon. mund. Flor. Anthos, Flor. Stœchados Arab. Sem. Altheæ, Sem. Fœnugr. Sem. Saxifrag. Dauci, Liquirit. raſ. Vuar. paſſ. an. ℥ j. Spicæ Nardi an. ʒ ij. Aceti Scyllit. ℥ ij. parũ Sacchari, Mell. elect. an. ℔ ß. Fiat Syrup. clarificatus.

Ad prouocandum Menſes.) ℞ Herb. Roberti,

 id eſt,

id est, Gratia Dei, bullita cum Aqua Arthe- mis. aperit mirabiliter opilationes matricis: vel etiam missa sub plantas pedum.

Ad prouocandum Menstrua.) Primo purga- tur cum Pillul. vt oportet. Deinde ℞ Gran. Iunip. electi M j. Coqu. in vna mensura Vi- ni, bibat mane & sero per tres dies, & dein- de rursus per tres dies sumat Trochisc. de Myrrha cum Vino, in quo decocta sit Arthe- misia, &c.

Ad prouocandum Menses.) Sem. Pastinacæ cum vino calido bibitum ieiuno stomacho, mire prouocat Menstrua.

Idem facit Succus Abrotani.

Puluis pro Menstruis Nicol.) ℞ Cass. ligneæ, Corr. Cass. fist. Cinamomi, Diptami, Croci, Melissi. an. ℨ j. Fiat puluis, detur tribus diebus mane cum decocto vini Arthemisiæ. Exper- tum.

Sacculus cum puluere Nigellæ Vuluæ impositus, valet ad prouocationem mensi- um.

Pessaria quoq; fiunt ex Elleboro, Colo- cynt. Lupinor. Absynth. & Sauina.

Aliud Pessarium valde expertum à Muliere.) ℞ Mercurial. Maior. Matricar. omnia con- tundantur. Fiat ex eis Pessarium, & vuluæ imponatur.

Pessarium prouocãs Menstrua.) ℞ Artanit. Sa- uinæ,

ulnæ, Rubiæ tinctor. Arthemiſ. Cyclam. Nigel. an. Pulu. cum Tryphera magna forme-tur ad formã digiti parui, quo facto inuolue in panno Serico.

Peſſarium prouocans Menſes.) ℞ Radic. Gentian. Puleg. an. ʒ ij. Nigel. ʒ j. Carnium ficuum q. ſ. ad incorporandum, conquaſſetur & cum Succo Merculiali fiat Maſſa pro peſſariis, & non inducit ardorem.

Aliud fortius.) ℞ Gentian ℥ ij. Colocynt. Nigel. an. ʒ j. ß. Carnium ficuum q. ſ. ad incorporandum cum Suc. Mercuriali, vel Cucum. Aſinino.

Aliud.) ℞ Benedict. ℥ j. Colocynth. Nigel. an. ʒ j. Poteſt acui cum Elleboro albo.

Peſſarium liquidum.) ℞ Suc. Cucum. Aſinini ℥ ß. Suc. Mercurial. ʒ ij. Miſce cum Bombace, impone vuluæ.

Peſſarium aliud ad prouocandum Menſes.) ℞ Coſti ʒ j. Croci ʒ j. Laudani ℈ ij. Ol. Amygdal. amar. ʒ j. Terebynth. q. ſ. ad conficiendũ. Fiat ſuppoſitorium ad modum glandium, teneat in collo matricis.

Aliud fortius.) ℞ Sem. Keiri, Lupin. amar. Elleb. nigri, Diptami, Fellis tauri an. ʒ j Conſice omnia cum Suc. de Althea. Poſtea ſubiiciantur collo matricis, prius inuncto cum oleo Myrtino.

In purgato corpore optime conducit ſeſſio in hoc

Balneo.) ℞ Fol. Lauri M.ij. Calam. arom. ℥j Flor. Chamomil. Fœnugr. sem. Lini, Anet Rad. Acori an. ℔ j. Bulliant in Vino & A qua an. Postea sedent in huiusmodi deco ctione & in tina, bibant de hoc puluere cum Vino.

℞ Cinam. Amom. Costi an. ʒ ß. Pului sumatur cum ℥ iij. Vini albi valet Balneum Sulphureum ad 10. dies omni mane ieiuno Stomacho quantum tollerare potest sine angustia, & sero facere Clystere Carmina tiuum, addēdo Cassiam, Hieram Picram, an. ℥ j. Hieralogod. ʒ ij. cum Ol. Anetino.

Tempore Hyemis valet hæc infusio.) ℞ Aquæ Vitæ ℔ ij. factæ ex opt. Vino, tribus vicibus destilletur, infundatur in ea Cinam. el. ℥ ß. Sauinæ, Cuscutæ, Dauci an. ʒ ij. Zinzib. Piper. Sem. Ozimi, Garyophyl. Lign. Aloes an. ʒ ß. Pistentur & infundantur, stent tribus diebus & noctibus, clarum ab eo sequestratur, bibat de eo ʒ ij. vsq; ad iiij. pro vicibus ante cibum.

Emplastrum seu Vnguentum mirabile ad prouocandum Menstrua.) ℞ Lupinor. amar. Absynth. Elaterii an. ℥ j. Myrrhæ ℥ ß. Thuris ʒ ij. Tere omnia, resolue cum Felle taurino, applica vmbilico mulieris, quod est mirabile in prouocandis Menstruis.

CANT

CAPVT XLVI.

De nimio Fluxu Mensium.

ELectuarium ad restringendũ Menses.) ℞ Puluer. Lapid. Hæmatitis subtiliss. puluer. ℥iij. Corall.rub.℥j.ß. Rad. Tormentil.rub. ℥j.ß.Boli Arm.puluer.℈ij. Santal.rub.ʒj.ß. Trochisc.de Carabe ʒij. Pulu.Rad.Bistortæ ℥j Diacytoniton simpl.℥ij.Misce,incorporatur cum Syr. Cyton.& Ros.Myrtin.an.q.s. pro electuario molli.

Ad idem Pillulæ.) ℞ Mumiæ, Thuris, Masticis, Cor. Cer. vsti an. ʒj. Fiant pillulæ cum Succo Plantag. Dentur mane & sero, adde Coaguli leporis vel Vituli combusti, vel vtriusque.

Electuarium Nicol. Placentini.) ℞ Sacch. Rosar. ℥ ij. Lapid. Hæmatitis, Trochisc. de Carabe, Trochis. de Terra Sigill. de Spodio an ʒj. Misce & ponatur in pixide parua, & deauretur.

Item Vinum Granatorum cum Coriandro aliquot diebus potatum.

Puluis rubeus restrictiuus.) ℞ Sangu. Dracon. Thuris, Mastic. Mumiæ, Terr. Sigill. an. ℥j. Boli Arm.℥iij.Lapid.Hæmat.Carabe an.℥j. Fiat puluis.

Ad restringendum Menses.) ℞ Succor. Symphyt. Plantag. Pentaphyl. Quinque neru. an.

q. s. Aceti parum, & ponantur ab vmbil
inferius ante & retro.

Ad idem Suffumigium.) ℞ Colophon
Puluer. Spodii, Boli Arm. Mastic. Sem.
pauer. nigri, Sem. Hyosc. Fiat ter in sep
mana.

Pessarium ad restringendum.) ℞ Psidiæ G
lar. vstar. Sumach. an. ℥ ij. Thuris Mast
an. ʒ j. Alum. ℈ j. Acatiæ ʒ j. Armoniac.
Fiant pessaria cum Mucilag. Psylii & se
Cytoneor.

Vnguentum contra fluxum Menstruorum.)
Mastic. part. ij. Rof. rub. P. j. Puluerizen
& misceantur cum Ol. Rosar. Fiat Vngue
tum, cum quo supponatur calidus pann
restringit fluxum.

CAPVT XLVII.

De Fluore Muliebri albo.

AD *Fluxum album.)* ℞ Cyperi, Gallar. C
pular. gland. Myrtill. Balaust. Sumac
Mastic. Alum. an. ℥ ß. Squinãti ℥ iij. Fiat pu
uis, ponatur in petia, imponatur.

*Ad restringendum Menstruas albas, exp
mentum cuiusdam Vetulæ.)* Ignitum ducatu
extinxit in Vino, & Vinum propinauit, se
perque infusit petiam cum Santal. rub. in
na eorum.

Electuariũ Thades de Florent. contra Menstr
alb.

alba, & debilitatē Stomachi & Renum.) ℞ Flor. Nucũ ʒß.sem.Anisi ℥j sem. Agni Cast.Flor. Rutæ,Calam. Cyper., sem. Aneti an. ℥ j. ß. Xyloaloes,Masticis, Garyoph.an.ʒ j. Carui, Ameos an.ʒ ß. Rosar.rub. sem.Lactuc.Portul B lauft.an.ʒ j. ß. Santal.alb.Nenuph.an. ʒ j. Myrobal. Embli,Keb. an.ʒ ß. Sacch.q.s. Fiat elect.dissoluto Saccharo,cum Aq Lappæ maior. Dosis est ʒ j ß.

Contra fluxum Menstruorum alborum. Fiat Sessio in decoct. Rad.Ebuli. Expertum est.

Clystere ex Rad. Lilior. alb. cum Butyro & Sale. Prouocat Menstrua,& mundat Matricem.

Ad Menstrua alba,mulier quædam curauit alias omnes per hoc solum Vngu.) ℞ Scarleam,id est, Saluiam Rom. conteratur & aliquantulum putrefiat in Butyro,postea coquatur aliquãtulum,coletur,seruetur, & cum opus fuerit mulieri ab vmbilico vsq; inferius vnge,& etiam in vuluam, & commedat herbam,& nota quod illud Vngu.omnes dolores post partus sedat,eodem modo inunctum.

CAPVT XLVIII.

De Suffocatione Matricis,& de Vteri Prolapsu.

PEssus contra Suffocationem Matricis ex re-

tentione Menstruorum obortam.) ℞ Cass. lign. ʒ ij. Sem. Agni Casti ℥ j. Cymini Romani ℥ ij. Baccar. Lauri ʒ iij. Agar. ʒ ij. Castor. ʒ ß. Rutæ Arthemis. an. M. j. Maioran. M. ß. Bulliant in ℔ j ß. Vini & ℔ j. Aquæ ad cõsumpt. tertiæ partis, postea fiat Colatura, in qua dissolu. Oxymel Scyllit. & Oxymel Diuret. an. ℥ j. Fiat Potus.

Item.) ℞ Opopan. ʒ iij. Castor. ℥ ß. sem. Agni Casti, Pulu. Cass. lign. an. ℈ j. Albi reperti in Stercore gallinæ, Cinamom. an. ʒ j. Puluer. Baccar. Lauri ℈ ij. Fiant Trochisci cum Oxymelle Scyllit. in quantitate Fabæ magnæ.

Item.) ℞ Castor. ʒ ij. Serap. Asæ fœtidę ʒ ij. Agar. Colocynth. an. ℈ ß. Fiant pillulæ cum Vino decoct. Agar. & Castor. & formentur xxiv. sumantur iij. pro vice vel v. mundificant & prouocant.

Si ex Spermatis retentione fiat suffocatio Matricis, dixit Guilhelmus se inuenisse esse vtile in hoc casu, vt Mulier sæpe sumat ʒ j. Puluer. Agni Casti cum ℥ j. Mell. Rosar. col. & Aq. calida, Medici vident mirabilia.

Emplastrum hoc apponatur post reductionem, & non sinet Matricem descendere.) ℞ Olib. Mastic. Opopan. Galbani, Serapini, Terebynth. Storac. liquid. Picis sicc. an. part. æqu. Ceræ parum,

parum. Hoc enim positum ante & retro, non sinit matricem descendere. Nicolaus dicit, quod ouum gallinæ putridum, suppositum cum panno subtili vel lana, immediate reducit matricem sursum, imo in proprium locum. Mulier tamen non odoret.

CAPVT XLIX.

De Sterilitate.

AD lubricitatem matricis mire valet frequens vsus Pœoniæ in vini rubri potu, & si misceatur limatura Eboris, est melius, & à proprietate ad conceptionem operatur.

Contra sterilitatem expertum.) Post vniuersales purgationes dare viro & mulieri post primum somnum vnicuique lactis caprini haustum vnum, deinde iterum dormiant, & post secundum somnum exerceant opus suum, est expertum. Melius tamen est, quod fiat in Aprili & Maio.

Electuarium prolificatiuum, matricis mundificatiuum, confortat post vniuersalia, de quo omni die mane mulier sumat ad quantitatem Nuc. Musch. post prandium & cœnam magnitud. fabæ.) ℞. Doronici, Linguæ auis, Flor. Arthemis. Matricar. Hypericon. an. ʒj. Melissæ, Fol. Basilic an. ℥. ij. Ras. Eboris ℥. ß. Ambræ Orient. ℈. j. Musci gr. v. limat. auri tenuiss. vel foliòr.

ʒ.ß.Syr.de Calamento ℥.iij.Syr.de Cort.Ci tri ℥.v.Sacch.alb ℔.ß.subtiliss. teratur. Deinde coquantur Sacch.cum Syr.vsque ad bonam glutinositatem, & cum tepescit, superaddantur species præter Musci & Ambræ, quę in fine apponendo diligenter incorporentur, ponatur in vase lapideo bene clauso. Hoc electuarium fœcundat & rectificat, post mundificationem vniuersalem.

Contra sterilitatem fiat electuarium Siseleos hoc modo.) ℞.Sifeleos, Limaturæ Eboris, Rad. & Granor.Pœoniæ an.ʒ j.ß.Cinam.Cyperi, Calam.arom.Squinanti, Altheæ an.ʒ j.Nardi fol.Mastic. Olibani an. ʒ.ß. Ambræ ℈.ij. Mell.q.s.fiat electuarium. Dosis ʒ.iij.ß.ante prandium per tres horas, & à prandio cibo digesto.

Pessarium quod iuuat impregnationem.) ℞. Rad.Rub.tinctor Rad.Cyperi an.ʒ.ij.Arthemis Hyssopi, Sauinę, Calamenti, Pule.Mercurial.an.M j.Sem.Sesel.℥ j. Nigel.℥.ij. Pulpæ Colocynth.℥ ß.Mellis, Ol.de Liliis an.ʒ. ij.Suc.Arthemis.℥.j Benedict.ʒ.vj.fiat pessarium.

Ad impregnandum.) ℞. Herb. Cicutæ, coquatur in aq.pluuiali, & cum ipsa mulier patiens menstrua est in declinatione menstruor. tunc ipsa mulier postremis tribus diebus omni die se lauat, meridie & sero vsque ad tem-

tempus completum menstruorum totaliter, tunc coeat & concipiet indubitanter.

CAPVT L.

De Difficultate Partus.

AD *facilitandum partum M. Pauli.)* ℞. Succi Rutę q.v. Vitelli vnius oui, concoq. vsq; ad clarificat. reseruentur in vitro: cum vti volueris, accipe partem illius succi Cymini, Cinam. Thuris an. ʒ. j. vel ß. & in vino modico, bulliat, & ita calide detur laboranti in potu, cum illo fecit magnam famam & honorem.

Aliud.) ℞. Cort. Casſ. fist. ʒ. ij. Dactylor. Ficuum an. N. v. Rutæ, Arthemiſ. Saturei Verben. an. M. ß Granor. Iunip. M. ß. bulliant in ℔. ij. vini albi vsq; ad consumpt. medietatis, & fiat colatura, quæ aromarizetur cum Cinam. ʒ. ij. & dulcoretur cum sacchato q. ſ.

Contra difficultatem partus.) ℞. Cort. Casſ. lign ʒ. j Croci ℈. j. Aq. Sauin. ℥. iij. misce, isto vtatur quacunque hora difficultatis partus.

Item.) ℞. Myrrh. ℈. ß. Castor. gr. vj. Storac. Calam. an. ℈. ß. Cinam. ʒ j. Sauin. ʒ. j. ß. misce & confice cum melle, fiant pillulæ viij. istis vtatur.

Licinium seu pessarium.) ℞. Rutæ M. ß. Myrrhæ, Radic. Aristol. rotund. Saxifrag. Opo-

Opopanac.an.℈.j. Cinam.ʒ.j. Elleb.alb.gr.ij. Arthanitæ ℈. ß. Laudani q.s.pulueriz. misceantur omnia simul, & cum ol. Lilior. alb. q.s.pro pessario, istud imponatur quacunq; hora difficultatis partus, sed prius incipiat ab aliis leuioribus.

Item.) ℞.Ol.lilior.alb.℥.j. Ol. Chamomill. Vngu. Dialth. Vngu. Arragon. an. ℥. ß. fiat mistio, vnge. Alii addunt Oleum de Spica & Ruta.

CAPVT LI.

De Fœtus mortui & Secundarum Exclusione.

A*Liud ad educendum fœtum, secundinas, molam, menstrua, & facilitandum partum, quo nunquam fallit Arculanus.)* ℞.Myrrhæ, Castorei, Storacis an.ʒ.j. Cinam. Sauinę an. ʒ. ß. conficiantur cum melle, cuius dosis est ʒ. ij. cum vino expertum veriss. quod me nunquam decepit.

Si fœtus sit mortuus, bibat lac alterius mulieris, statim ab eo liberabitur.

Item.) Succus Diptami, vel pulu. radicis ipsius ad quantitatem ʒ.ij.cum vino, si fuerit sine febre, aut cum aqua calida, si sit cum febre in potu sumptus, educit fœtum sine periculo.

Pessarium educens fœtum mortuum.) ℞.Elleb. nigri,

nigri, Saxifrag. Aristol. rotund. Bothor. Mariæ. Granor. Laureolæ, Pulpę Colocynt. Armon. ℥. ij. Fellis tauri, dissolu. Armon. in suc. Arthemis. fiat pessarium, valet ad educendum fœtum mortuum.

Ad expellendum fœtum quouis tempore siue viuum, siue mortuum, teratur Ruta cum Scamonea, & cum gossipio incorporatur, & imponatur matrici, probatum per M. meum.

Pessarium ad educendum fœtum viuum, vel mortuum.) ℞. Aristol. rotund. Sauinę, Nastur. an. conficiatur cum felle vaccino, & supponatur.

Ad educendum secundinam.) ℞. Cort. Cass. fist. ʒ. iij. Cass. ling. ʒ. j. Sauinæ, Rub. tinct. Cinam. an. ℈. ij. Myrrh. ʒ. ß. Aristol. rotund. ℈. j. Galb. Castorei an. ℈. j. fiat puluis, qui accipitur cum decoct. sequente. ℞. Sauinæ M. j. ß. Cinam. ℥ j. ß. Aristol. rotund. Myrrh. Galbani an. ʒ. j. Cort. Cass. fist. ʒ. j. ß. Cass. lig. ʒ. j. Croci gr. iij. Castor. ʒ. ß. Puleg. Arthemis. contundantur & bulliant in ℔. ij. vini albi subtiliter vsque ad consumpt. tertiæ partis, facta colatura, adde syr. de Calamento ℥ ij. fiat potus.

Pro pauperibus potest fieri decoctio Sauinæ, Puleg. Arthemis. cum vino albo, aut fiat puluis iste. ℞. Myrrhæ ʒ. ij. Cinam. Galbani,

bani, Casto. an. ℥.j. Aristol. rotund. ℈.j. Opopan. ʒ.ß. puluis sumatur in potu isto. ℞. Galb. ʒ.ij. Myrrhæ ʒ.j. Cinam. ℈.ij. Croci gr. vij. Aristol. rotund. ℈.j. Castor. ʒ.ß. Asæ fœtid. ℈.j. Cort. Cass. fist. ʒ.j. Cort. Cass. lig. ℈.ij. misce cum ℔.ß. aq. pulegii.

Ad educendum Secundinam secundum Gentilem.) ℞. Cinam. electi, Croci an. ʒ.j. detur in potu cum vino.

Item.) ℞. Mitrid. Croci an. ʒ.j. detur cum vino odorifero, cum rasura Eboris. Est expertum.

Ad idem valet mirabiliter secundum Nicolaum, borax naturalis vel artificialis sumptus ʒ.j. pondere in vino vel in aqu. Arthemisię.

Item.) Decoctio Diptami, cum Rad. Pimpinel. in vino continue data, est res experta.

Item.) Spolium serpen. ligatum ad coxam, si est masculus ad dextram, si fœmella ad sinistram, tunc autem statim remoueatur, postquam exibit secundina, valet à proprietate specifica.

Si doluerit mulier ex ventositate vel retentione Secundinæ, da in ieiuno pondus j. Auri ex Theriaca magna, & liberabitur.

Item valet succus Marrhub. cum vino.

Pessarium ad educendum secundinam.) ℞. Myrrh.

Myrrh. Saulnæ, Storac. liquidæ, Borac. Caff. lign. an ʒ. ß. Croci ℈. j. Castor. ℈. ß. cum syr. de rad. fiat massa.

Item conducit balneum ex decoctione Calamenti, Mentastri. Pulegii, Abrotani, Marathri, Rubei tinctor. Gentian. Aristol. rotund. Flor. Chamomil. Melilot., Fœnugr.

Expertum ad extrahendum Secundinam, fœtum, molam, sanguinem coagulatum in matrice, est fumigium factum ex his.) ℞ Myrrhæ ℥ ß Cinam. Galb. Castorei an. ʒ. ß. Opopan. ʒ. j. Elleb. nig. ʒ. j. ß. conficiantur cum felle vaccino, proiiciatur ex eis super Carbon. & excipiatur fumus, quod si non exierit secundina, non amplius quid tentandum est, sed persistendum, siue sit parti extra siue intus alligata ad coxam, & infundatur in matricem vnguent. Basilicon, quoniam putrefaciet eam.

CAPVT LII.

De Hæmorrhoidibus & Ficubus.

VNguentum à M. meo sæpius vidi, expertum in sedando hæmorrhoidum dolore.) ℞ Seui Castrati recent ℥ ij. Vng. popul. Vng. de Calce an. ʒ. ij. Camph. parum, fiat vnguentum.

Gra-

Gramen allii aduſtum, puluerizatum, mirabiliter ſedat dolorem Hæmorrhoidum.

Item.) ℞. Ol. de Chryſomel. vel ol. Nucleo. Perſicor. ℥.j.ß. Poſtea in mortario plumbeo cum piſtello plumbeo ad ſolem vel in loco calido ducatur longa contritione, donec inſpiſſetur ad formam vnguenti, cum quo hæmorrhoides vngantur.

Ad dolorem hæmorrhoidum.) ℞. Cancror. fluuialium, coquantur in oleo oliuæ, donec totum oleum inſpiſſetur ad modum mellis, & liniatur locus doloris, curat ſtatim.

Contra hæmorrhoides valet ſuccus Cynogloſſ. ſuperpoſitus.

Ad ſedandum dolores hæmorrhoidum, & vt locus detumeſcat.) ℞. Butyri non ſaliti, vitell. ouor. frixentur ſimul bene, & exprimantur, & cum expreſſione vngatur pannus, & applicetur, per quem facta eſt colatura & expreſſio, eſt res certa.

In dolore maximo vidi applicare Chelidoniam contuſam & piſtatam, maxime ſedat dolores.

Ad idem valet incauſtum ſæpe panno vel ſpongia appoſitum, vehementer ſiccat hæmorrhoides. Expertum.

Contra dolorem ani & vlcera & hæmorrhoides Albert. de Minſing. primo fiat fomentatio cum Tapſo barbato, poſtea fiat inun-

inunctio cum Tutia pręparata, Pingued. Ardeæ, Lytharg. Ceruss. & butyro, simul agitatis, fiat vnguentum.

Ad restringendum hæmorrhoides, menstrua, & dyssenteriam, D.A. de Minsing.) ℞. Limat. ferri q.v. pone in ollam nouam, non omnino coctam, sed solum in Sole exiccatã, repleatur, & superius bene perlutetur, ponatur in furno figuli vel laterum adurendorũ 9. aut 10. diebus vsque ad perfectam rubedinem, istũ puluerem reserua, postea ℞. Telarum aranearum spissarum, suff. quantitatem, mundando à puluere, ponatur in ollam vitream, perlutetur, & ponatur in carbones, comburantur ad pulueres, istum puluerem etiam serua, postea ℞. Lap. Hæmar. comburatur in olla noua, in furno tegularum vel figuli x. diebus, quousque omnino rubescat, & si nõ essent isti pulueres sufficienter adusti, tunc iterum ponantur ad calcinãdum, & reserua, ℞. Pulu. istorum, terantur an. par. æq. & cum Album. oui, misce ad formam vnguenti. Istud extendatur super tela araneæ in forma emplastri, ponatur super anum & intestinũ Colon, tunc stant & restringuntur in tribus horis sine omni cura, vt patet intuenti. Et si menstrua vel hæmorrhoides non restringũtur adhibitione huius pulueris, tũc detur ad quantitatem Nuc. Auellanæ in ouo sor-

bili,vel detur in aq.plantag.mane & sero,& valet etiã contra dysenteriam.Item quando mulier habet superfluum fluxum menstruorum,tunc ponatur super vmbilico sicut ponitur super ano, & detur puluis in dosi & modo supradicto ad bibendum.

Item Radix Fragariæ portatur in ore,sistit fluxum sanguinis vndequaq; profluentem ex naribus.

Puluis siliginis vsti valet mirabiliter ad sedandum Hæmorrhoides, & tollit dolorem.

Nota,quod sessio in aqua decoct. Scoriæ ferri stringit fluxum Hæmorrhoid. & valet plurimum.

Vnguentum expertum ad dolorem hæmorrhoidum & ad Ficus.) ℞. Vitellum vnius oui, Ol.ros.℥.j.Sacch.opt.vel Sacch. Cand. pulu. ℥.ß.Croci ℈.ij.Vitellum & oleum rosar. diu agitetur.Deinde addantur alia,& superpone Ficui & Hæmorrhoidibus super panno extenso, & si est intus tum circumuolue paruam lanam vel pannum subtilem, inungatur penna hoc vnguento, deinde pone in anum,est res experta.

Vnguentum expertum ad consumptionem hæmorrhoidum & ficuum.) ℞. Axung. vel Medul. Cerui, Axung. Ardeę (Reygerschmaltz) Butyri maialis an.par.æq.confice.

Ad

Ad ficus ani, puluis Hermodactyll. superpositus valet.

Ad Ficus ani expertum & verum.) ℞. Axung. antiqu. porci. Axung. Cerui an. dissoluantur lento igne, deinde incorporetur pulu. subtilis Cinobri, inungatur, expertum est.

Puluis contra Ficus.) ℞. Testar. Conchar. Vitriol. Rom. Stercoris canis alb. an. fiat puluis.

Vnguentum ad Ficus.) ℞. Aloes, Thuris Bdellii an. ʒ. ß. Pul. contra Ficus ℥ j. Cerusſ. ʒ. ij. Pingued. Anatis, Ardeæ, Olei rosar. an. q. s. misce, & fiat cum s. q. Ceræ Citrinę vnguentum.

Vnguentum ad Ficus.) ℞. Ol. Chamomil. Aneti, Violar. an. ℥. ß. Pingued. Anatis ℥. ß. Vitellor. ouor. N. v. Tutiæ præpar. ʒ. j. Cerusſ. Lytharg. abluti an. ʒ. ß. Croci gr. v. Cerę q. s. fiat vnguentum.

Contra Ficus ani vnguentum.) ℞. Seui hircini, dissoluatur lento igne, addendo adipis ardeæ, & incorporetur in formam vngen. & applica.

Contra Ficus expertum & verum.) Fiat decoctio Tapsi barbati cum vino, & fiat fomentum ex eo, valet ad ficus, Hæmorrhoid. & Tenasmonem. Postea ℞. Rasuram von einem Fuhrmanns Blaßentuch / intinge in aqua destillata Tapsi barbati, &

ſuperaſperge puluerem Calcis von vnſer Frawen Eyß gemacht.

Item Vogelfiſt / Spongiola & Veſicula, quæ naſcitur in locis ſiccis & aſperis, & quando comprimitur, ſo ſtaubt es. Puluis iſte ſuperpoſitus, exiccat ſtatim hæmorrhoides & ficus.

Item Vogelfiſt / Olibani & Carbon. querci, an. puluerizentur, poſtea ℞. pannum lineum, ſuperpone de butyro ſine ſale, huic Inſperge puluerem, deinde applica emplaſtri loco vbi eſt ficus, & ſtatim curat, & prohibet fiſtulam.

Vnguentum contra ficus.) ℞. Ol. Roſar. ℥.iij. Ceruſſ. lotæ ℥.j. Lytharg. ℥ ß. Ceræ alb. ʒ.ij. Opii ℈.j Hyoſciami ʒ.j. Papau. alb. ʒ.j. Apii ℈.ij. Mandra. ʒ. ß. puluerizanda puluerizentur, fiat vnguentum.

Puluis ad ficus.) ℞. Cort. Granat. vſtor. pulueriz. & ponatur puluis iſte ſuper ficus.

Alius puluis.) ℞. Gran. Iunip. Piper. Fabat. fiat puluis, ſuperponatur ficubus.

Contra dolorem intollerabilem hæmorrhoidum & ficus.) ℞. Herbam dictam Guttheintich / id eſt, atriplex canina, contunde & coque in lacte deſpumato pinguiore. Deinde fortiter exprimatur, & exit vnguentum ſubtile, illud reſerua in vitro pro ficu, contra omnem dolorem hæmorrhoid. eſtque mirabile.

Contra ficus.) ℞. Græci albi, igniatur super Carbones, deinde infrigidetur pulu. & incorporetur cum Axung. Porci antiqua prius infusa super aquam frigidam, fiat diligens incorporatio, extendatur super panno in forma Emplastri, & superpone mane & sero. Radix Hermodact. pulueriz. & ficubus inspersus iuuat.

Contra Ficus & verrucas.) ℞. Pulu. Hermodact. P. ij. & testud. conchar. P. *j.* misce cum butyro Maiali q. s. pro vnguento molli, valet contra verrucas & ficus.

Vnguentum contra Ficus ani pro officina Vlmensi.) ℞. Vngu. albi ℥. ij. Vitell. ouor. N. *j.* vel ij. bene agitetur, Tutiæ præp. ℈. j. Camphor. ℈. ß. Seui Ceruini ℥. ß. Pingued. Ardeę ʒ. ij. Ol. rosar. ℥. ß. misce, fiat vnguentum.

Vnguentum ad Ficus expertum.) ℞. Boli Ar. Sang. Dracon. Masticis, Myrrh. Cort. Grana. Rosar. rub. an. par. ęq. cum butyro Maiali, ol. rosar. viol. fiat vngu. subtile diligenter incorporatum.

CAPVT LIII.

De Procidentia, de Rhagadiis, & de Fistulis Ani.

A*D exitum ani & intestinorum,*) ℞. Masticis, Thuris, Nucis Cupressi, Antimon.

Cort. Granat. Balauſt. Gland. an. ℥. ij. miſce, fiat puluis & vtere, quia bonum eſt.

Ad exitum ani vnguentum.) ℞. Sanguini Dracon. Ter. Sigill. Alum. Rochi. Tormentill. Hypociſtid. Pyrrethri Gallar. Atramenti, Thuris Maſculi an. ℥. *j.* fiat puluis, & cum Axung. Porci ſine ſale q. ſ. fiat vnguentum.

Succus Radic. Scrophularię vel decoctio valet ad Rhagadias ani.

Valet mirabiliter puluis Cortic. Granat. contra fiſtulas, & alia vlcera humida, & maxime exiccat ea.

CAPVT LIIII.
De Eminentia Vmbilici, & de Hernia.

CVra eſt cum Ligatura & plumaceolis quadratis, & ſupponatur Thus cum albumine oui, & cum Cottone vel Stuppa inuoluatur, & ſuper locum ponatur, & ligetur, & ſi addentur Gallæ Acaciæ, tunc eſſet melius. Quidam puer fuit curatus tribus menſibus cum Arnogloſſa & Lentibus decoctis, & ſuper locum ligatis. Poſſent fieri fomenta cum Vſneis naſcentibus in arbuſculis Prunellarum, calefactis in vino rubeo.

Ad eminentiam vmbilici in pueris.) ℞. Puluer. Thuris

Thuris ℥.j. Aloes ℥.ß.cum album. oui, ponatur cum pilis super vmbilico.

Emplastrum contra Herniam.) ℞.Rad. Acori, Capillor. Vener. Sannic. alb. an. M. j. contunde vel coque in butyro Maiali, & Axungia gallinæ, sæpius calide superpone. Expertum.

Ad rupturam sanandam à quodam generali ordinis minorum.) ℞. Axung. Vrsi, Taxi an. Mellis qu. suff. pro incorporatione, fiat vnguentum, postea fiat puluis. ℞. Radic. Tormentill. part. ij. Oculor. Cancr. Radic. Acori an. P. j. fiat puluis. ℞. Puluer. prædict. ℥. ß. ponatur in ℔. j. vini albi boni, stet per aliquot dies. Deinde bibat de prædicto vino mane & sero bonum haustum. Animaduertat tamen, cum in loco rupturæ sentiunt titillationem, quod dimittat potum, quoniam alias oram interiorem consolidant. Fit autem plerunque consolidatio in 7. 8. vel 9. diebus. Abstineat patiens ab omni motu corporali, obseruetur diæta bona, non tamen bibat prædictum potum, nisi intestinis reductis, & cum bona ligatura & plumaciolis ligatis.

Cura experta in ruptura sine incisione siue sit aquosa, siue ventosa, siue carnosa, siue intestinalis.) ℞. Herbæ Rubeæ Roberti, Gratia Dei dicta, quæ nascitur in

Muris, videlicet ſuccum in æſtate, in hyeme radicem dictæ herbæ, bulliat in vino ad medietatem. De illo vino decoct. bibat ter in die, & de eodem ſucco vel de coctione vini vngatur ſpina dorſi in die, & applicetur hoc vngu. cum debita ligatione. ℞. Limaturæ Chalybis, Lap. Magnetis an. ℥. j. emplaſtri contra Rami̇cem ℥. j. ß. Ol. de Vitel. ouorum fiat emplaſtrum, ponatur ſuper pelle arietina ſuper locum.

Item. Sola Scrophularia per 40. dies pota ta cum obſeruatione reliquorum, curat crepaturam.

Alia practica ad rupturam à medico experto Imperatoris.) ℞. Sannic. maior. & minor. (Wintergrün) Hederæ Arboreæ, Arthemi. Fol. Canabis, vel ſem. eius, Conſolid. maior. cum herba & rad. M. j. contundantur minutiſſ. ponantur in cantharo vel olla munda, addendo vini albi optimi Menſ. j. ß. claudatur orificium vaſis bene ne vapor exeat, ponatur in caldario feruentis aquæ, coquatur duob. diebus, poſtea ponatur vas ad infrigidandum, coletur potus & ſeruetur, alia proiiciantur, valet maxime.

Poteſt etiam fieri balneum ex herbis prędictis, & renouetur ſemper in duobus diebus, intret patiens ieiuno ſtomacho, & à meridie hora ſeſquialtera ante cœnam.

Primo

Primo fiat Balneum horam nō excedens in mora. Postea aliis diebus addatur succeſſiue mane ad ij. horas, & ante cœnam ad j. horam, hoc fit ad Menſem, bibat mane de potu ad Cyathum vnum, in Balneo & à meridie minus quam mane. Poſtea mane & veſperi poſt balneum ſubligetur hoc emplaſtrum. In Balneo autem deponet.

℞ Rad. conſolid. maior. ℔ ß. bene contuſ. Sangu. hominis iuuenis ℥ iij. Fol. Cicerum mollificato, in Vino rubeo, Olibani alb. Maſticis. ſangu. Dracon. an ℥ ß. Subtiliſſ. puluerizatis, miſceantur & adde ℥ ij. Reſinę claræ, colatæ. Coquantur omnia ſimul lento igne in Menſ. ß. Vini rub. ad conſumpt. Vini, adde Ceræ q. ſ. pro emplaſtro bene extenſibili. Ponatur ſuper aluta, & remouetur bis omni die. Caue tamen ne emplaſtrum comburetur, & continue agitetur cum ſpatula, bulliat lento igne, ſi eſſet nimis durum, tunc adde Olei Roſar. ℥ iij.

Ad inflammationem Teſticulorum & Herniam aquoſam, expertū & laude digniſſimum.) ℞ Sulphur. puluer. & cum ſ. q. Mellis in forma emplaſtri apponatur.

CAPVT LV.

De erigentibus Virgam.

P*Otus ad erectionem Virgæ mirabiliter prouocans libidinem.*) ℞ Rad. Cardopat. Flor.

Keyri an. destilla per Alemb. de qua Aqua da haustum in introitu lecti, cum modi co Sacch. Si quis autem debilitatur ex ni mio coitu, tunc mane similiter accipiatur haustus.

Electuarium ad Coitum.) ℞ Rad. Satyrion Candarum, Stincorum, Rad. Cardopat. Ga lang. Priapi tauri, Piper. longi. Nuc. Musch. Cinam. an. ℥ ß. Sacch. ℥ j. omnibus pulue riz. Adde sex oua recentia, contundantur si mul bene, postea ℞ Mens. ß. Vini Maluat. Fiat ex eo panis patellarum seu tortam, mo dicum cœnet & comedat de eo per ij. horas ante introitum lecti.

Pillulæ ad Coitum Ducis Sigismundi Austriæ.) ℞ Sem. Cæpar. alb. Erucæ, Cubeb. Mace don. Vmbilici Scinei, Cerebellor. passer. Thuris alb. Ling. auis, Flor. Palmæ, Vngu læ leporis an. ʒ j. Misce, fiant Pillulæ cum Diasatyrione, aut cum Syrup. de Zinzib. v. pro ʒ j.

Puluis ad idem.) ℞ Rad. Satyrionis ʒ j. Asari ʒ j. ß. Piper. longi ℈ ij. Castor. gr. ij. Misce & fiat Puluis, sumatur sero cum Vi no.

Succus Polygoni facit multum coire.

Ad idem.) ℞ Sem. Vrticæ, tere & cum op. vino calido sumatur.

Item.) ℞ Satyrion ℥ v. Misce cum ℥ x. d Sangu

Sangu. Pafferum, hoc maxime facit ad appetitũ coitus, & nota, quod si deponere volueris, inuolue in pannum lineum, & cum necesse fuerit pone sub brachiis.

Vnguentum ad erectionem Virgæ & ad delectationem mulierum.) ℞ Axung. Gallinæ, Vitell. an. Elleb. alb. subtiliss. puluer. parum, coque ad spissitudinem vnguenti, vnge virgam.

Oleum fortissimum ad Coitum.) ℞ Euphorb. Masticis, Pyrrethri, Laureolæ, Zinzib. Garyophyllor. sem. Vrticę, sem. Rutę, Hyoscia-mi albi, Ouor. formic. Boracis, Piper. longi, Sulphuris, Alum. plumosi an. ℥ j. Castorei ℥ iij. Pulueriz. omnia, ponantur in Ol. Liliorũ alb. ℥ x. Aq. ardent. opt. ℥ vi. Aceti destill. ter ℥ ij. Ponantur omnia in olla vitreata, & perlutetur optime, & ponatur ad cineres calidos ij. vel iij. horas, vel ad solẽ 20. horas vsq; ad consumpt. ij. partis, remanente v. parte. Postea seruetur, & quando vis ea vti accipe ad quantitatem Auellanæ, & vnge Renes & testiculos, & ij. horis ante introitum lecti, & non fiat inunctio, nisi habeat cum qua coeat.

Vnguentum Imperatoris ad erectionem Virgæ.) ℞ Ol. Nuc. Musch. ℥ j. (vel Muscelini) Cerebri cerui ʒ ij. Fellis lupi ʒ iij. Axung. quistulæ ℥ ß. Galang. Elleb. alb. & sem. eius, Piper.

Piper. longi an ℈ j. Ol. de Spica & Mellis q.
Fiat Vngu. liquidum, cum quo vnge membrum virile, muliere nesciente.

Vnguentum ad idem.) ℞ Ol. Nardini ℥ j. Cæræ, Euphorb. Piper. longi. Cubeb. Sinapi Costi dulc. an. ℈ j. Musci gr. ij. Misce fiat vnguentum.

CAPVT LVI.

De Virgæ Vlceribus.

AD *Vlcera Virgæ.)* ℞ Pulu. Medianor. Con ligni Berberor. & asperget. Expertum est.

Item, Imponātur Vlceribus Virgæ Folia Rubi, vel quod præstantius est capiti Virgæ

Ad Vlcera & dolorem Virgæ M. mei.) Primo fiat istud Collyrium vel Balneum. ℞ Aq. Rosſ. ℥ j. Aq. Solatri ℥ ß. Tutiæ præpar. ʒ j. Cort. Thuris ʒ ß. Misceantur diligenter, & fiat Collyrium cum Syringe, deinde fiat istud Vnguent. ℞ Lythargirii ℥ j. Ol. Rosati ℥ ij. Suc. Solatri ℥ ij. Misce fiat Vnguentum.

Aliud ad Vlcera Virgæ.) ℞ Sacch. alb. Aloes Epat. Tartari alb. an. Fiat Puluis, superpone, quia est certissimum ad inflationem Virgæ.

Aliud.) ℞ Aq. Plantag. & elue Vlcus Virgæ, postea ℞ Pulu. Granat. Aloes Epat. Tutiæ

tiæ præpar. ſuperaſpergatur, ceſſabit inflatio & dolor.

Pro Vlceribus Virgæ.) Primo fiat ablutio cũ decoctione mellis & vino, poſtea aſpergatur puluis Arantior. ſiccator. ſubtiliſſ. Eſt enim expertum.

Vnguentum ad Vlcera Virgæ.) ℞ Maſtic. Olibani an. ʒ j. Lytharg. Plumbi vſti an. ℥ ß. Ceruſſ. lotæ ℥ vi. Pulu. ſubtiliſſ. Deinde ℞ Aceti, Succi Lepatii acuti an. ℥ ß. Ol. Roſar. Ol. Aneti an. ℥ j. ß. Incorporentur Pulu. prædicti nunc ponẽdo de Oleo, nunc de Succo & Aceto paulatim, & viciſſim ponẽdo de quolibet. Fiat Vngu. ſubtile, valet etiam ad vlcera mala corroſiua & carnoſa.

Puluis ad Vlcera Virgæ.) ℞ Balauſt. ℥ j. Oſſis ſepiæ ℥ ij. Boli Arm. Tartari, Aloe, Thuris, Myrrh. Sarcocoll. Mumiæ, Gallar. Roſ. rub. an. ℥ j. Fiat Puluis.

Bedaguar, id eſt, Fungus qui naſcitur in Arboribus roſ. combuſt. in olla noua in cinerem vel puluerem, eſt mirabilis in Vlceribus Virgæ, & aliis Vlceribus corroſiuis, curat enim & ſine dolore, & ſine corroſione.

Ad Vlcera Virgæ.) ℞ Lytharg. Ceruſſ. Cinam. an ʒ ij. Spodii ℥ ß. Fiat puluis, vtere.

Ad Vlcera Virgæ conſolidans.) ℞ Tutiæ præpar. Aloes, Sarcocoll. Thuris, Myrrh. Hæmati-

matitis, Corticis mediani, Salicis adusti, Gal. lar. Balaust. Acaciæ an. part. æq. Flor. æris P.j. ß. Capit. granat. acetos. P.j. Fiat Vngu. cum Ol. Ros. & Cera modica. Gentilis.

Huc pertinet Vnguentum sedatiuum M. mei Hispani contra quemlibet dolorẽ, præsertim Virgæ.) ℞ Ol. Rosar. Viol. lotarum an. ℥ ij. Cerusl. lotæ cum Aq. Rosar. ℥ j. Camph. ʒ j. Opii ℈ ß. Ceræ alb. ℥ ß. Alb. ouor. N. j. incorporétur, Fiat Vngu. molle, & est expertum.

CAPVT LVII.

De nimia Amplitudine Vuluæ.

AD *Constrictionem Vuluæ.)* ℞ Consol. maior. Thuris, Balaust. Myrrh. Alum. Masticis. Colophon. Boli Arm. Gipsi, Cornu Cerui, Storac. rub. an. Fiat Puluis subtilis, imponatur. Post sequentem ablutionem ℞ Puluer. Granor. Myrti, Granor. Vuar. an. ℥ ß. Alum. crudi ℥ j. cum Aqua pluuiali fiat decoctio.

CAPVT LVIII.

De Arthritide, & eius Speciebus.

E*Lectuarium purgans in omni Arthritide.)* ℞ Turbith. alb. & confricati cum Ol. Amygdal. dulc. ℥ j ß. Hermodact. solidor. ʒ ıx. Zinzib. ℥ j. ß. Esulæ correct. ℥ ß. Diagrid. ʒ j. Galang. Macis an. ʒ j. Sacch. alb. ℔ j. Electuari

rii Suc.Rosar.℥iij. Fiat Electuarium. Dosis est ℥ß. plus vel minus secundum placitum in aurora. Patiens non dormiat donec satis purgatus sit, post iiij.dies fiat Phlebot.de Saphena pedis. Est enim expertissimæ virtutis.

Vnguentum in Podagra materiam imbibitam resoluens, iuncturas confortans, & affluxum prohibens.) ℞ Ol.Nardini facti cum Ol.Omphacino ℥ij. Ol.Nucis Musch.per express.℥j. Ol. Hypericon. fact. ex Floribus ℥j. ß. Storac. Calam.℈ij. Masticis ℈iiij.Costi, Sandaracæ an ℈j.Gall.Musch.ʒj. Ceræ parum.Fiat vnguentum.

Aliud mirabile locale, estq; Secretū magni Monachi.) ℞ Terebynth. ℔ j. Opoponac. Galbani, Serapini an. ℥ß. Granor. Iunip. M. ij. Thymian. ℔ j. Mittantur in Bociam magnā vitreatam non lutatam in cineribus,ad fornacem venti,fiat lentissimus ignis ad 10. horas, nec est opus intra hoc tempus claudere vas luto,sed post hoc claudetur bene &sigilletur, & fiat ignis paulatim fortior, ascendēdo gradatim,ita quod in bocia nullus percipiatur sonus,donec totum oleum ascendat, Hoc est maximi effectus approbatum in Podagra, præcipue frigida & in omni dolore iuncturarū,sed primo debet præcedere hoc balneum præmissis vniuersalibus.

℞ Gra-

℞ Granor. Iunip. rad. Ebuli, Flor. Chamæ mil. Conquassetur & per diem ponantur i Vino, & fiat Embrocatio calide.

Aliud magnum Secretum.) Destillatur her ba, quæ candela vocatur, vel Barba hircin miraculose confert dolorib⁹ iuncturatum & habet magnum effectum in inflationibu Hypochondriorum, & generaliter in omni bus inflationibus.

Oleum mirabile in omni dolore iuncturarum præsertim in Podagra.) ℞ Ex hastulis & rasuri ligni veteris Fraxini, hoc est, quod non sit vi ride, sed antiquũ, destilla Ol. per descensum iuxta informationem.

Oleum Raninum, quod in omni dolore iunctu rarum mire valet, sic fit.) ℞ Ol. Oliuar. ℔ j. Ra narum fluuialium N. ij. vel iij. Flor. Chamo mil. M. j. Mittantur Ranæ viuæ in Oleo, do nec moriantur in olla vitrea, coquantur len to igne in vase cooperto, vsq; ad carniũ di solutionẽ, tunc excipiantur Ranæ & in mor tario cũ Pistello cõfringantur, deinde repo ne eas in ollam ad oleũ, & mittantur iteru ad ignem, & quando incipiunt bullire, tun depone ab igne & coletur oleũ ab omnibu fœcib⁹ & tergatur illa, iterum mittatur ole illud adiungendo de opr. Therebynth. ℥ ij Misce simul lẽto igne, seruetur ad vsum. E enim preciosum, & multis vicibus experti

In l

In leniendo dolore Arthritico repercußiua apponuntur, in quibus non est tanta stiptitas, sed lenitio & mitigatio doloris, vt Mucillag. Psyllii facta cum Aceto ita.) ℞ Sem. Psyllii, liga in petia, & in Aceto bulliat, deinde fac expressionem Mucillag. & loco dolenti superpone, & sæpe reiteretur, nam hoc optime lenit dolorem, & repercutit, quod commendatur valde à Serapione.

Expertum & verum in omni dolore frig. & calid. Podagr.) ℞ Tapsi barb. putrefiat ij. vel iiij. diebus cum vino opt. in Cellario, postea destilla per Alemb. lento igne, aquam serua, quando aqua citrina venit, cessa, pone super locum dolentem.

Adidem expertum.) ℞ Aq. destill. de Foliis Sambuc. Aq. Vitæ an. Misce & intinge pannum eo, superponatur loco dolenti, cito cessabit dolor. Nota tamen si est à causa calida, vt sit maior dosis Aq. Sambuci quam Aq. Vitæ.

Emplastrum in Podagra.) ℞ Far. Hordei ℥ x. Santal. alb. & rub. ℨ vii. Myrtill. Balaust. Mastic. Olib. Tragant. an. ℨ ij. Aq. Plantag. Absynth. q. s. pro emplastro.

Aliud in Arthritide omni M. Georg. Mynsing.) ℞ Sem. Lini, Fœnugr. Furfur. an. M. j. Contundantur, coquantur in Butyro in quantitate oui cum Mens. j. Aceti, applicetur per

modum Emplastri, & si locus vlceretur, vnge cum Ol. Viol & Lini.

Vnguentum in sedando dolore & mollificando.) ℞ Sem. Psyllii ℥ j fiat Mucillago, Ceræ ℥ ij, Ol.comm ℥ iij. Fiat Vngu. molle, expertum in quodam Abbate, qui primo non potuit flectere genua, sed deinde optime habuit.

Contra Arthetica frig. & guttam, item, in attenuatione membri.) ℞ Anserē antiquā, impleatur Sangu. Por. or. Seuo oui, pice, lardo, Pingu. d. Anatis an. ℥ ij. Thuris ℥ iij. Ceræ modic. assetur, & quod destillatur cape, & cum eo sæpe vnge patientem.

Aliud ad dolorem iuncturarum.) ℞ Caseū antiquiss. vaccinum puluer. Fiat Emplastrum cum oleo, & valet in dolore Neruorum, in quo humores fiunt indurati & antiquati. Et est optimum.

Ad dolorem maximum Arthriticum.) ℞ Folia Semperuiuæ recentia, contundantur & perfecte conterantur, postea adde Salis quantitatem bonam, & iterum agitentur in forma Vnguenti, postea adde Aceti fortis parum, iterum agita, pone in Vase vitreato & conseruetur in forma vnguenti, cum quo liniatur locus doloris.

Contra Podagram expertum.) ℞ Medullam vel interiorem partem de Cornu Cerui, abiiciendo semper partem externā, incidantur

& con-

& contundantur, ponantur in olla grossa addendo ℔ j. Ol.comm. ℔ vi. Vini opt. Coque simul per integrum diem vsq; ad consumpt. Olei. Residuum fortiss. exprimatur per pannum spissum, reseruetur in vitro. Vngantur cum eo iuncturæ vel locus doloris.

Vnguentum mirabile & diuinum in Podag. Montag.) ℞ Sem.Psyllii ℥ iiij. Aq.q.f. Coque ad viscum, deinde colentur & exprimantur, & colaturæ adde Ceræ ℥ iij. Ol.communis ℥ vi. Et coq ad liquefactionem Ceræ, semper mouendo cum spatula, & in pila diutius contere.

Nota quod Oleum factum ex Floribus Tapsi barbati putrefacti prius cum Vino albo modico, deinde per Alembicum destillato sit res mirabilis & expertiss. & in omni dolore Podagrico & dentium vidi & feci.

Oleum mirabile ad Ischiadem & ad Neruos retractos, & multas alias infirmitates.) ℞ Succ. Cucumer.asinini ℔ iij. Olei communis ℔ ij. Decoquantur ad tertias, sine infrigidari. Deinde ℞ Lumbr.terrestr. bene purgator. Postea ablue eos, & cum Sale & cum Aqua, pistentur bene in mortario, de his Vermibus ℞ Paropsidem vnam, & fac bullire in Oleo prædicto ad consumpt. medietat. Deinde depone, infrigidetur, coletur per

pannum fortiter torquendo, postea iterum pone ad ignem, ℞ Dialth.℥ vi. Therebynth. ℥ iiij. Coquantur iterum lento igne, semper agitando cum spatula, depone, serua bene mundo vitro clauso, vngatur locus prope ignem & superpone pellem calidam.

Balneum Sciatici, Herr Sigismundt von Herßbergk.) ℞ Alum. ℔ j. Salis ℔ iij. Ponatur in olla, cum Aq. decoq. funde in tinam Aq. calidæ, ex quo balneetur patiens factis vniuersalibus.

Vnctio ad Sciaticam & loca dolorosa, & fiat in die ter.) ℞ Ol. de Omphacino vel Rosar. ℥ iij. Ol. de Costo, Ol. de Mandrag. an. ℥ j. ß. Sandaracæ ʒ ij. Thuris, Hypocist. d Acat. Gall. Cupressi, Mastic. an. ʒ j. ß. Pulu. Pœon. Hermodact. an ℥ ij. Salis Nitri, Croci an. ʒ j. Pulu. Fiat Vnctio.

Cerotum in Sciatica contra lassitudinem & reliquam Materiam.) ℞ Picis Naualis ℔ ß. Sapon. nigr. ℥ j. ß. Hermodact. Pœon. an. ʒ j. Resinæ elect. ℥ j. Rosar. Mastic. Acac. an. ℈ iiij. Euphorb. ℈ j. Atramenti combust. ʒ j. Ceræ q. s. Fiat Cerotum magnę viscositatis. Hac enim plures curaui à Sciatica.

CAPVT LIX.

De Dolore Neruorum.

C*ontra dolorem & contractionem neruorum*

rum.) ℞ Succi Ebuli, imple cum illo vas vitreum, quod non sit nimis stricti orificii, & inuolue in pasta in spissitudinem vnius panis, & mittatur in furno ad coquendum, donec panis bene coctus sit, tunc excipe eam, & extracto succo seruetur ad vsum, quia res est optima in dolore & contractione neruorum, & quandoque adde illo Succo de Oleo Ranino parumper, hoc est iiij. vel vi. partem, & mirabile operatus sum in illo casu.

Alia cura contra neruorum dolores.) ℞ Caput & pedes castrati, coquantur in aqua multa decoctione, & cum illo embrocatur locus, deinde post multam calidam Embrocationem, sicca cum panno Lini, & vngatur locus diligẽter cum Oleo Iunip. Postea impone lanam succidam.

Ad contracturas & duritiem neruorum, & dolorem fortem probatum, & multum expertum.) ℞ Rorismar. M. vi. Coquatur in s. q. fortis Lixiuii vsque ad medietatem, deinde colentur, & cum Colatura fiat Fumigatio ad locum & Embrocatio, quanto calidus æger sustinere potest. Estque expertum.

Oleum de Osse hominis per descensum maxime valet in dolore Neruorum.

CAPVT LX.

De Atrophia Membrorum.

AD Membri arefactionem, contractionem & Spasmum, res multũ experta.) ℞ Ol. comun. clari & electi. Ol. Limaciarum, Axung. Canis sani. Rad. consol. maioris, Rad. Lilij, Maluauisci, Butyri Maialis, conficiatur tale Vnguentum, ℞ Radices prædictas bene contus. coquantur in Aqua, collige Mucilag. deinde adde Ol. Limaciar. & Butyrum, & Axung. canis sani & opt præpar. Sic Spasmatum Membrum & arescens reducitur. Laudo semper apponere lanam succidam bene carptam.

Vnguentum expertum à me pluries contra extenuationem membri arefacti, vtpote post dislocationes, & post vulnera neruosa.) ℞ Vng. Dialth. descript. Mes. ℔ j. Colophon. q. j. Pulueris Colophon. subtiliss. & misceatur cum vnguento per diem & noctem sæpius agitando. Deinde coq. simul lentiss. igne ad sextam partem horæ, deniq; colatur per pannum lineum, & fiat inunctio super loco, præmissa tantum leuissima fricatione. Expertum enim, feci, & vidi.

Emplastrum & vnguentum contra omnem extenuationem membrorum præsertim in paralyticis post Colicã res experta.) ℞ Ol. antiqui ℔ j. Ceræ rub. ℔ ß. Castor. ℥ ij. Euphorb. ℥ j. Alum

plum

plumosi ℥ iij. Sang. Porci ℔ ß. Cera in oleis dissoluatur lento igne, deinde incorpora Sangu. Porci ℔ ß. Cera in Oleis dissoluatur lento igne, deinde incorpora Sangu. Porci cum eis similiter lento igne, & addantur alia subtiliss. puluer. & fiat Vnguentum diu agitando cum ligno in Scutella vel Pelui, vel alio Vase apto.

Emplastrum quod supponi debet confortatiuum & multum resumptiuum.) ℞ Mastic. ℥ vi. Olib. ℥ iij. Myrrh. Colophon an ℥ j Sangu. Dracon. ℥ ß. Tragacant. ℥ j. Ceræ ℥ j. ß. Sang. Porci ℥ ij. f. a. fiat Emplastrum vel Cerotum, apponendum post inunctionem prædictam, est res multum experta, vt patet intelligenti.

Nota, de Succo Vrticæ in extenuatione, si cum eo vngantur membra extenuata & paralytica, maximum auxilium percipient.

Contra extenuationem verum & expertum.) ℞ Herbar. Tanaceti, coq. in Aqua, lauetur locus frequenter cum ea, est mirabile, valet in hominibus & bestiis.

CAPVT LXI.

De Febribus.

Contra Febres expertum.) ℞ Lumbricor. terrestr. puluerem. Detur in potu cum Vino ʒ j. vel circiter.

Contra omnes Febres erronicas, diuturnas opilationes & Hydropē decoctio.) ℞ Fol. Scolopēdr. N. vi. vel viii. opt. incis. Cinam. electi ℥ iij. Hordei crudi M j. Vuar. passar. mund. ℥ ij. Bulliant in ℔ iij. Aq. ad consumpt. quartæ partis, post infunde folior. Absynth. M. j. Bulliant vna vel altera ebullitione, stent modicum in infusione, postea fiat expressio suauis, vltimo adde Sacchari ℥ iiij. vel Syr. Byzant. & de Endiuia, est enim expertum. Si esset Materia calida, ℞ loco Absynth. Rad. Cichor. Expertum à me dicit Iohan Stoker.

Pro pauperibus in principio Febris.) ℞ Aceti part. iij. Mellis electi part. ij. Aq. claræ P. viii. Fiat decoctio, detur mane & sero. Primo detur Lenitiuum.

Experimentum Iudæi Ducis Alberti Saxoniæ contra Febres.) Dedit decoctum Radic. Sambuci in lacte, & illud operatur per inferius & superius, & valet in diuturnis febribus.

Nota bene, cū est Paroxismus Tertianæ cum malis accidentibus & debilitate cordis, ita quod putetur à Materia venenosa esse, dentur infirmo in Paroxysmo aliqua Grana sem. Citri, & videbis effectum mirabilem. Expertum est à Gentili.

Contra quartanam ex opilatione Epatis & Sple-

nis

nis expertum.) ℞. Thymi, Epithymi, Senę, Calamenti, Origani an. ℥. ß. fiat confectio cum melle, & vtatur pro vice ante accessionem, liberat in xv. diebus.

Cura M. mei Francisci in quartana, cum qua vidi sæpe curare quartanam in xv. diebus.) Primo semper dedit vnam Pillul. de Serapino, statim ante Paroxysmum. ℞. Serap. gummos. Colocynth. ego accepi Trochisc. Alhand. an. ʒ. ij. ß. Diagrid. ʒ. ij. Salis gem. ℥. *j*. conficiantur pillul. cum melle rosar. col. in forma Cicer. accipiatur semper vna in principio Paroxysmi, postea vngatur spina dorsi vsq; ad Nucham tali vnguento. ℞. Aq. vitæ ℥. ß. Theriacæ ℥. j. Ol. lauri ℈. iiij. misce, & vngatur patiens post exhibitionem pill. prius digeratur materia adusta & incinerata cum syr. Saboath. Regis descrip. Mes. Cap. de Melanchol. & est hic ℞. Succi Bugloss. domest. & syluestr. an. ℔. ij. Sacch. Taberzeth. ℔. iij. Croci ʒ. ij. Senæ ʒ. j. & proiiciatur in succum per diem & noctem post triturationem eius. Deinde bulliant bullitione vna vel ij. deinde cum Sacch. fiat Syrupus. Crocus autem in panno ponatur confrictus in decoctione prædicta, dentur ℥. ij. vel iij. cum aqu. Bugloss. aliqui cum aq. Casei. Cum hac cura cito plures curauit. Valet quoq; talis syr. in tristibus & melancholicis.

Aliud valde expertum M. mei Francini.) ℞. Granor. Pœon. N. xxix. puluer. subtiliter, den ur patienti tribus vicibus, quando incipit corripi frigore, cum vino valde potenti, & calido, vtpote Cyathum vnum pro vice. Et similiter valet iunctio antequam superueniat frigus totius spinę & dorsi cum oleo laurino bene calido, vel vnguenti supra scripti, & effectus est mirabilis.

Ad quartanam expertum.) ℞. Epar leporis tritum, & cum aqua bibitum, quartanam soluit.

Item.) Lap. Lazuli loti cum aq. rosar. ℈.j. Hieræ picræ ℥.j. detur omni feto ʒ *j*. ß, postea auge dosin ad ʒ. i*ij*. valet præ omnibus.

Contra asperitudinem & siccitatem linguæ in febribus.) ℞. Mucillag. Psylii, Cytoneor. an. ʒ. *j*. Sem. Cucurb. Lactuc. Cucumer. Papau. albi an. ℈ *j*. cum aqua prunell. & Iulep violar. fiat mixtura fluxibilis, quæ sæpius linguæ apponitur.

CAPVT LXII.

De Morbis venenatis.

E*Xperimentum Domini Pauli de* Liechtenstein *contra omnem intoxicationem, & omne venenum, quod mihi vt amico dedit.*) Fodiatur intra Festa duo Mariæ virginis plantago minor,

nor, cum radice & herba, & colligatur herba Pyrolæ, sine radice eodem tempore in die clara & serena circa horam xij. exiccetur & quodlibet seorsum puluerizetur, postea ℞ Pulu. plantag. cum rad. part. ij. Pyrolæ P. iij. misce, fiat puluis.

Vsus talis est, cum aliquis ederit Toxicum vel infectus est, tunc accipe cochl. j. istius pulu. in aqu. plantag. vel vino, si non poteris habere aqu. plantag. statim curatur patiens: & talis puluis potest dari prægnantibus & puerperis, & semper pellitur ad ribias vel alia loca. Dixit, quod aliquando octo in mense intoxicati sunt, omnes accipiebant de puluere hoc, præter Octauius, qui erat Episcopus, & moriebatur, reliqui omnes curabantur.

Contra strangulationem fungorum.) ℞. Pulucr. Stercoris Gallinæ ʒ. ij. Aceti aqu. puræ an. ℥. ij. Mellis ℥. ß. misce in potu, euacuat materiam phlegmaticam, & indubie curat.

Experimentum meum Iohan. Stoker in morsu canis rabidi, vel cuiuscunque animalis venenosi.) ℞. Gentianæ puluer. ʒ. j. cum ʒ. j. Theriacæ opt. vel sine ea tribus diebus omni mane, ieiunet per v. vel vj. horas, sustineat sudorem, si natura prouocat; super locum vero morsus, Allium, Ruta & sal

& ſal contuſa, ſuperponantur in forma Emplaſtri, nunquam me decepit.

Nota, quod grana Iuniperi debeant colligi in feſto Remigii, contra venena & peſtem.

Ad expellendum muſcas è domo.) ℞. Fellis Leporis, miſce cum lacte, pone in domo, & cito fugient, vel ipſum fel coquatur in aq. & ſpargantur parietes, cito fugient.

Libri primi finis.



EMPI-



EMPIRICÆ IOHAN. STOKERI &c.

Liber Secundus.

CAPVT I.

De Remediis Vitia Capitis externa oppugnantibus, Capillosque vel procreantibus, vel conseruantibus, vel diuerso colore tingentibus, vel etiam extirpantibus.

Contra pediculos paruos.) ℞. Staphisagriæ cochl.j. Vitrioli cochl.ß. Argenti viui ad quantitatem nucis auellanæ, decoqu. simul. in aceto, ita vt acetum supernatet per ij. digitos, ad mediam consumptionem aceti, postea cola per pannum, vngatur locus pediculosus.

Contra lendes & corrosiones capillorum & pediculos.) ℞. Olei & aceti, misce simul, & inde caput liniatur, & cadunt pediculi & lendes.

Contra

Contra lendes capillorum.) ℞. Sem. Canabis combutatur, & de cinere illo fiat lixiuium cum quo ablue caput.

Item.) Puluis Bacca. lauri, temperetur cum aceto & oleo, fiat vnguentũ, vngatur caput.

Item.) Lauetur caput aqua aluminis, occidit lendes & pediculos.

Ad corrosiones siue asperitatem capillorum.) Laua caput cum aqua decoctionis Psilii.

Aliud valde expertum.) Post ablutionem capillorum pone ij. vel iij. guttas olei oliuarum in lixiuio, & fortiter agitetur, deinde madefiant extremitates capillorum, & cadent lendes.

Contra Syrones.) ℞. Salis com. Saponis, Sulphur. an. misce cum aceto, & laua manus cum eo, potes addere furfures.

Ad renascendos pilos.) ℞. Suc. Raphani maioris, & locus sæpe cũ eo fricetur, & sine dubio renascẽtur, est mihi à fide digno donatũ.

Ad restituendos crines.) ℞. Stipitum caulių, & exicca, deinde fiat cinis, & ex cinere isto fac lixiuium, & laua caput, tunc capilli renascentur, & fiant clari sicut aurum.

Vt capilli crescant.) Vnge locum cum sanguine conchiliar. quæ serpunt super terram, vel decoq. in aqua, & pinguedo supernatans colligatur, & locus ea inungatur.

Item.) ℞. Apes in melle, & combure, & pulue-

pulueriza, misce cum oleo, & inunge capillos, & nascentur, vel cum solo illo puluere locus sæpe fricetur.

Item.) ℞. Fol. Nenupharis, decoquantur in butyro recenti optime, deinde exprimatur & pistentur fortiter simul, & fiat vnguent. quo vnge locum, & nascentur mirabiliter.

Item.) ℞. Talpam, & combure eam totam cum pelle & pulueriza, misce cum melle in formam vnguenti, valet sine dubio.

Contra casum capillorum.) ℞. Ol. com. Salis com. aceti an. misce. & laua caput seu line capillos, verum est, vidi in Ettingen, & pili etiam abundantius postea crescunt.

Itẽ.) ℞. Medullæ ceruinæ, & inunge capil.

Itẽ.) ℞. Verben. & misce cũ ol. vnge caput.

Item.) ℞. Sem. Vrticę, misce cum aceto calido, vnge caput.

Item.) ℞. Apes, q sunt in melle, exicca, & fiat pulu. postea ℞. mel. fiat vng. vngatur caput.

Ad idem etiam valent Glandes, qui prohibent casum capillorum.

Ad idem.) ℞. Limacum, exprime pinguedinem, vel succum, & vnge locum.

Vnguentũ Gal. in casu capillorum.) Peroptimum facta prius fricatione loci, cum panno aspero, & puluer. Tartar. donec rubeat postea vngatur cum oleo Masticino & Laudano, in modum vnguenti composito.

Aliud

Aliud Arnoldi.)℞. Ossium Dactilor. Laud
ni an. quantum volueris, confice cum ol
Myrtino, & vnge loca, facit breui tempo
pilos nasci.

Item.) Vngatur locus cum melle, & supe
aspergatur puluis lacerti viridis.

Item.)℞. Verbenæ & Absynth. decoquan
tur & lauentur capilli.

Item.) Fiat Lixiuium ex stercore colum
bino, & lauetur caput.

Vt pili prolongentur.)℞. Rad. Altheæ, ex ei
fiat lixiuium, vel decoque in vino, & lauen-
tur capilli.

Ad faciendũ pulcros crines.) ℞. Radices Brio-
niæ, vel vitis albæ, q. v. bulliant in viij. ℔. a-
quæ, & de dicta aqua fit lixiuium, & laua cri-
nes, fiunt pulchræ in x. diebus.

Item.)℞. Mellis colati q. v. Croci parum,
misce & vnge capillos, fiat aurei coloris.

Item.)℞. Aloes citr. Myrrhæ, Sang. Draco.
an. ℥. j. fiat puluis, postea tere cum aqu. vitæ
cum Bethon. destil. ℔. ij. pone puluerem in
aquam, & bulliant in olla, per ij. horas, &
stent per vnum diem, colentur per pannum
& exibit aqua pulchra, quasi coloris aurei,
potes cum ea totum caput lauari, postea in-
uolue panno lineo; donec siccetur, prohi-
bet etiam caluitiem. Ita Hispani faciunt.

Lixiuium ad tingendum capillos colore aureo,
cuius-

cuiuscunque coloris fuerint siue cani, siue nigri.) ℞. Lixiuii fortis, aliquoties per stramen auenæ purum percolati Mens.j. Cort. Lign. pomor. Syluestr. Cort. Ligni Berber. an. M.j. decoq. vsque ad tertiam partem, postea ℞. Rhabarb. elect. ℥.ß. Rad. Asphodo. M ß. iterum coquantur ad medietatem pro lixiuio, in quod intinge pecten, eoque capillos, prius tamen à sordibus lotos & exiccatos, pectina, & propediem aureum colorem contrahent.

Decoctio ad pulchrifaciendum crines.) ℞. Sumit. Paleæ Silig. M.j. Liquir. ras. M.ß. decoq. in aqua, & lauentur capilli, expertum est.

Lixiuium expertum ad capillos aureos colore tingendos.) ℞. Mediæ Cort. Arbor. pomi sylueftr. Oculor. populi an. M.j Alum. ℥.j. Ole. Tartari ʒ.ij. vel iij. Lixiuii fortis Mens. iij. decoqu. simul, & colentur, & post ablutionem capillos pectina cum hoc lixiuio, & est expertum in canis.

Aliud expertum.) ℞. Olei mellis, quantum vis, Croci parum, misce & vnge capillos.

Item.) ℞. Agrimon. ponatur in lacte caprino, & vnge capillos, est expertum.

Ad faciendos capillos flauos, citrinos & aureos.) ℞. Salis, Porti, & Mellis, & destilla per Campanam, & cũ illa aqua pectinentur capilli, facta postea lotione, caue tamen, ne tingãt cutem vel carnem.

Vt capilli nigri fiant.) ℞.Limaturam ferri,& infundatur in ſ. q.aceti fortis per viij. dies, & inde capillos inunge,& nigreſcent.

Capitellum quod facit diuerſos colores in capillis.) ℞.Cineris quercini ℔.j. Litharg. auri ℔. ß.puulerizentur,& bulliant in ℔.iiij.aqu.& ſignum decoctionis eſt, quod impoſita penna dinigretur, poſtea deſtilletur per filtrū. Modus operandi eſt: quod ſi liniantur capilli cum aqua tepida bis vel ter, facit eos aliquantum citriniores, ſi cum calida facit eos rubeos, ſi cum feruente facit eos nigriores.Et iſti colores ſunt inſeparabiles.

Ad faciendum cadere pilos ne renaſcentur.) ℞. Hederæ,decoqu.in aqua,in qua decoctione diſſoluatur Gum.Hederæ,de qua vnge locū.

Vel.) ℞.Sanguiſugas & Suc.Hederæ, miſce, & pone ſuper locum, tunc cadunt, & nunquam renaſcentur.

Vt capilli cadant.) ℞.Sem.Vrticæ, pulueriza,& miſceat.cum aceto forti,& liniatur locus in balneo.

Vnguentum,vt capilli non creſcant. Primo fiat tale vnguentum Pſilotrum.) ℞.Calcis viuę,Auripigm. Saponis an.℥.ß. miſceantur ſimul cum album. ouor. in formam linimenti,& pone in vaſe vitreato, & cum vis vti parum calefac,& apponatur ſuper locū, & cito pili cadūt,&ſi vna vice non cadunt, fiat inunctio

bis

bis vel ter. Deinde ℞. tale vnguentum, vt pili nunquam renaſcantur, quod ℞. ouor. formicar. Gummi Hederæ, Auripigm. an. part. æqual. & fiat puluis, de quo fricentur pili & locus.

Modus applicandi Pſilotrum eſt, vt fiat in Stuffa, & poſt longam fomentationem cũ aqua calida: & Pſilotrum ſit calidum & ſpiſſũ ſicut linimentum, applicetur ſuper locum, & ſtet aliquamdiu, & cum ſatis ſit cognoſces, quod trahendo pilos depilabit leniter fricando, & lauando cum aqua calida, dimoueantur pili, & poſtea locus cum olea roſar. inungatur, aut cum aq. frigida, & ſi locus eſſet excoriatus, cum oleo curatur roſarum.

Ne capilli renaſcantur.) ℞. Capitellũ tale, ꝙ ℞. Calcis viuæ part. viij. Auripi. P. j. Deinde in aceto forti coquatur, vſq; depiletur penna in eis, cũ iſto depiletur loc⁹ pilos⁹, deinde ſępe ac ſępius inunge locũ cũ ſucco cancrorũ fluuialium, mixtũ cum aceto modico, eſt exptũ ꝙ maxime prohibet, ne capilli renaſcantur.

Ad faciendum cadere capillos, vt non renaſcantur.) ℞. Hederæ, decoqu. in aqua, in qua decoctione diſſoluatur Gummi Hederæ, de quo vnge locum.

Item, Fricetur primo locus cũ Pumice adusto vel nõ adusto, vel fricetur cũ Farina lupinor. aut eadem ſupponatur, aut Lachryma

Vitis locus perungatur, vel cum aqua cicutæ lauetur. Omnia hæc faciunt pilos cadere. Tandem pulueres ranæ combustę in aqua mittantur, & illud valet post casum.

Item.) Semen vrticæ cum oleo fortiter depilat.

Ad delendum crines.) ℞. Armoniaci, Olibani, Masticis, Cerę nouę an. dissoluantur igne lento in olla vitreata, postea extendatur super panno in formam emplastri, & pone super loco vel latere, vbi nō est extensum emplastrum; vbi sunt pili. Postea secundo die verte emplastrum, pone materiā extensam de emplastro super locum pilosum, tunc cadunt capilli, postea vnge locū albumine oui bene pri⁹ agitato, & locus erit valde mūdus.

Item.) ℞. Calcis viuæ ℥.iij. Auripigm. ℥.ß. Cineris Cor. Cerui ℥.ß. decoquantur in lixiuio forti, & si locum depilatum sæpe inunxeris cum ol. Hyosciami, pili non renascentur.

Depilatorium D. Alb. de Minsing.) ℞. Arsenici citr. Calcis viuæ, Cineris Sarmentorum vitis, an. part. æqu. vel an. ℥.ij. puluerizentur omnia seorsum, postea misceantur omnia bene simul, seruetur in pixide, & quando vis depilare locum, tunc ℞. istius puluer. ad quātitatem duarum auellanarum, & ponantur in Cacabo paruo vitreato, superfundendo

parum

parum Lixiuii, incorporãdo in formam vnguenti, cũ quo vnguento liniatur locus pilosus cũ penna in StuffaBalnei super cure pilosa, stet exiguo temporis spatio, pro ratione qualitatis cutis. Postea cum cultello ligneo radatur locus, & abscedent pili omnes, & non vltra stet, quia alias vlceraret locum.

Sed cum regenerentur pili, tunc reiteretur. Si autem vis prohibere ortum pilorum, tunc extrahatur radicitus vnus pilus post alium, & statim ponatur vna gutta sanguinis vespertilionis magnæ, neque renascetur pilus.

Alius modus depilandi Bar. de Montag. vnguentum denudatiuum capillorum.) ℞. Calcis viuæ ℥. iiij. Auripig. ʒ. ij. Lixiu. ℔. j. bulliant ad consumpt. medier. postea vnge locum, & dimitte exiccari, postea frica pene cum panno arido & sicco crudo, & cadent pili.

Vnguentum prohibens originem pilorum. Primo ipsos euelle bene, facies cum filo, deinde pone istud fortius vnguentum depilatiuum pilorum.) ℞. Auripig. ℥. j. Hypocistid. Gallar. perforat. Ter. sigill. Scoriæ ferri an. ʒ. iij. Stiperid. Caulium Ciner. Ostracium combust. an. ℥ j. Oleũ de Myrto ℔. j. Et si vis ipsum facere magis prohibitiuum originis pilorum, tunc bulliant in ℔. j. Suc. cicutę vsq; ad consumpt. eius, & adde ceræ alb. ℥. iij. Aceti ℥. j.

Aliud depilatorium.) ℞. Cal. viuæ ℥. j. extinguatur in lixiuio forti, adde Sapon. ʒ. ij. Auripig. bene dissol. in lixiuio ℥. iij. bulliant lento igne quousque penna immissa depiletur, fiat vngu.

Item.) ℞. Amili ℥. x. Cal. viuæ subtilis ℥. xxv. Arsenici subtiliss. pulu. ℥. ij. teratur vnumquodq; per se, conficiatur cum aqua calida, & administretur.

CAPVT II.

De Inflammatione & Rubedine, & Erysipelate.

Contra inflammationem & rubedinem tibiarum.) Micam panis siliginis q. vis, ponatur in olla, bulliat in cereuisia, donec fiat pasta, quę bene calida extendatur super panno de lana, & impone loco affecto, postea bene fascietur, resoluit rubedinem, & inflammationem.

Aliud liquidum extinguens inflammationem pedum mirabile.) ℞. Rosar. quæ remanserunt post destillationem M. iij. ß. Alum. ʒ. iij. Cor. Thuris ʒ. ij. Camph. ʒ. ß. Sacch. ℥. ß. Aq. pluuial. vel flum. ℔. vj. coque tunc vsq; ad spacium, quo potest coqui ouum durum, abluantur Tibiæ & superponatur talis decoctio tepide cum pannis.

Ad pedes humerosos inflatos.) ℞. Cor. med. Tiliæ

liæ M.j. ß. pone in ℔.iiij.aq.fluuial. tribus diebus in vase mundo, fiat ablutio & appositio.

Ad Erysipelas tibiarum extinguendas.) ℞. Aq. Solatri ℥.vj. Aq.ros.℥.j.ß. Aceti vini albi ℥.j. Camph.℈.ß.Lytharg.ʒ.iij.Cretæ ℥.ij.pulue. misce, fiat epithema, superponatur aqua illa bene calida cum petia lini sæpius. Medicus Ducis Bauariæ.

Ad Erysipelas tibiarum) ℞. Album.ouor. Aceti, Aq. Rosar. Litharg. subtiliter puluerisſ. misceantur diligenter, & intingatur in ius pannus lineus, & exprimatur bene ne stillet, superpone loco affecto.

CAPVT III.

De Igne Persico & Gangræna.

Ad ignem Persicum & Erysipelas Saraceni.) ℞. Alum.℥.ß. Album.oui, conquasſ. adde Aq.Rosar.Solatri an.℥.ij. Suc. Vrtic.paruar.℥.j.Misce & applica, & non fallit, nisi caro prius sit corrupta, & casus desperatus.

Vnguentum mirabile in Gangræna, & Igne Persico, quod statim extinguit omnem ardorem.) ℞. Baccar. Lauri Numero viij. Amygdal. dulc. ix. contundatur quodlibet seorsim bene in mortario, ita vt mortarium ab eis madefiat, post proiiciantur. Deinde ℞ mediā testā vnius oui de bona aq.vitæ, mitte

in mortario sic madefacto, & totidem de aq. destillata papauer, nig. Camph. ʒ. j. ista omnia sic stent in infusione, mortario bene cooperto ad vnam horam. Post ℞. pennam nigram de Gallo nigro viuo, liniendo locum circumquaque ex prædicta materia in mortario, & mox extinguetur illa mortificatio vel inflammatio, quæ locum mortificat. Est expertum.

CAPVT IIII.

De Cancro.

PInguedo vrsi valet ad cancrum circa os, & ad omnem locum cancrosum.

Contra cancrum succus Tapsi barbati cum melle an. coqu. despumando donec succus sit consumptus, tunc addetur paululum Psidi. ossium Myrobal. & ponatur super cancrum, in momento prestat. Remedium expertum.

Contra cancrum.) ℞. Pingued. lact. vaccini & mellis an. misceantur simul diligenter, & cum panno intincto imponantur, curat valde, & valet ad vlcera mala.

Item.) Oleum ex stercore hominis curat cancrum, & mortificat fistulas.

Emplastrum ad apostema: a cancrosa & vlcerosa.) ℞. Far. Fœnugr. Far. Hordei an. ℥. ij. Fol. Maluæ M. iij. Semperuiuæ M. viij. Herb. Vermicul. M. iiij. Olei Rosati facti cum

con-

confricatione plumb. ℔ ß. Coquantur herbæ in Aq. Lactis, teratur, incorporetur cum reliquis, & Emplastrum etiam bulliet in ℔ ß. Aq. Solatri ad consumptionem Aquæ. Et Emplastrum antequam Apostemati applicetur, inungatur locus sequenti Oleo Rosato, quod sic conficitur.

℞ Ol. Rosar. & detur in mortario plumbeo, & cum pistillo plumbeo fricetur iij. vel iiij. horis ad spissitudinem in Emplastrum, valet ad remittẽdum furorem morbi, sedat dolores, & prohibet Apostematis augmentationem, putrefactionem & corrosionem.

Ad Cancrum Vlceratum.) ℞ Amyli de Hordeo ℥ iiij. Ol. Violar. Ol. Nenuphar. Ol. Rosſ. an. ℥ iij. Album. ouor. N. iiij. Tutiæ præpar. ℥ ij. Lap. Hemat. x. ablut. in Aq. Nenuph. confricata cum plumbeo pistello ℥ j. Terantur simul Albumen & Oleum, deinde imponitur amplum bona contritione ipsum incorporãdo, cum eis vltimo adduntur Tutiæ, Hemat. vsq; ad incorporationem. Cum hoc Vnguento medicetur locus, ita vt carpta fila de panno lineo in eo intingantur & applicentur.

Deinde Linimentum hoc circumferentiis apponetur.) ℞ Plumbi ℥ iiij. Suc. Solatri ℥ iiij. Boli Arm. ℥ iij. Terr. Sigill. ℥ iiij. Terantur omnia simul in mortario plumbeo vt Alco-

hol, liniatur locus circumstans cum eo pro defensione.

Puluis ad Cancrum humidum.) ℞ Medull. Tritici mundi, Olib. Ceruss. Plumbi vsti an. ℥j. Ter. Sigill. Boli Arm. Aloes ablut an. ℥ij. Puluer. subtil. & super Cancrum humidum ponatur.

Gentilis contra Calculum vlceratum.) Factis omnibus euacuationibus ℞ Suc. Arnogloss. Med. cyathum, Ceruss. ℥j. Tutiæ præpar. ℥j, & Ol. Rosf. Ceræ. an. q. ß. Fiat Vngu.

Lunariæ folia, succus & radix, valent ad vlcera cancrosa.

Ad Cancrum res experta.) ℞ Caput Gruis cum ventriculo & pectoralibus & omnibus quæ insunt, exicca, postea fiat ex eis puluis, affigatur super locum doloris, non solum Cancrum curat, sed omnia vlcera sanat.

Alius puluis expertissimus & fistulas.) ℞ Auripigm. Virid. æris, Atramenti, Salis gemmæ, Cor. cer. vsti, Testar. allior. combust. Sangu. Dracon. Tartari pulu. Centrum galli, Os leporis vsti, Stercor. humani vsti. Cancror. fluuial. vstor. Calcis viui, Herbar. Lunar. sicc. Piperis albi & nigri, Zinzib. Masticis, Nitri puluer. Soleæ veteris combust. an. ℥j. Misce fiat puluis.

CAPVT V.

De Paronychio Digitorum.

AD Paronychium digitorum valet radix Vrt.alb. cum vino apposita, quod sæpius expertus sum, rupit autem paronychium Rad. Lapatli cum fimo gallinaceo. Misce & superpone, conuenit autẽ Paronychio iam vlcerato solum Aloes impositum aut dissolutum cum Vino dulci.

Ad mortificandum Paronychium.) ℞ Puluer. pennar. pauon. cum speculis, incorpora cum Melle. Fiat Emplastrum.

Ad idem expertum.) ℞ Suc. Vermicular. nascentis super tectum, & superpone in forma Emplastri.

Aliud ad idem) ℞ Sulphuris viui, Spicar. Allii, Aceti fortis, pistentur & superpone.

CAPVT VI.

De Vulneribus.

EMplastrum ad vulnera recentia, & ad vulnera antiqua, & ad fracturas ossium.) ℞. Picæ Græcæ, Resinæ, Ceræ, Armon. an. ℥ ij. Opopon. Vitid. æris an. ℥ ij. Aristoloch. long. Olib. Pimpinel. an. ʒ ij. Myrrh. ℥ ß. Limarg. ℥ j. Dissolu. Gummi in aceto fortiss. vsque ad aceti euaporationem, postea adde Resinam & Picem puluerizatam Ceram, & adde ℔ ij. Ol. Oliuar. Dissoluantur simul lenissi-

lenissimo igne ne comburantur species, vltimo adde Gumm. & irrorentur iterum oleo Lini, & malaxãdo fiat Emplastrum, postea ponatur super vlcus, consolidat omnia vlcera & vulnera, & rupturas in 4. diebus.

Cerotum mirabile consolidans ad vulnera & vlcera, præsertim ex mala Franciæ, expertum apud me, & mihi datum à Domino Georgio de Emerßdorff/ *Magistro Stabulario D. Imperatoris 1510.)* ℞ Litharg. auri ℔ j. Cineris æris (Kupfferasche) Cupri vel Squamæ eius ℥ ij. Mastic. ℥ ij. Ceræ Virg. ℥ j. ß. Resinæ elect. ℥ iij. ß. Medullæ bouis ℥ ij. Pingued. Vrsi ℥ ij. Pinguedin. Vngular boum ℥ iij. ß. Ol. Oliuar. ℥ ij. Pingued. hominis ℥ ij. Axung. Cer. ℥ ij. Fiat in hunc modum, Cera & Resina incidantur subtiliter, postea simul dissoluatur lento igne, bene simul agitando, quia alias petit fundum, postea colentur per pannum spissum, & iterum ponantur in patella vel cacabo vitriato, deinde Litharg. subtiliss. puluerisat. successiue addendo & continuo agitando, ne Litharg. aduratur, postea adde pulueres Cineris Cupri, deinde Pingued. Vrsi, denique Ol. Oliuar. & postea Medull. bouis & Pingued. Cerui. vltimo Mastic. Et quando incipit spumificari, oder zu praßlen/ tũc adde Butyri Maialis ℥ ij. vel iij. agitando sine intermissione, postea explora super lapide vel

ferro frigido, an sit sufficienter coctū, quod malaxando digitis experietur. Si autem Emplastrum est nimis durum, tūc iterum in patella addendo Ol. communis, Butyri Maialis, Pinguedin. Vrsi, Vngular. boum. an. q. s. Coquetur igne lento, continue agitando vsque ad spissitudinem conuenientem, postea vnge discum de Stanno cum Butyro Maiali, superfunde de Emplastro, & malaxetur pro magdalionibus, quod postea semper in Aq. calida malaxetur, & loco vlceroso apponatur sine panno, sedat dolorem & vlcera consolidat.

Emplastrum ad vulnus valde consolidatiuum.) ℞ Therebynt. ℥ xxiv. Resin. pini ℥ iiij Gum. Elemii ℥ iij. Aristoloch. long. ℥ j. Sang. Dracon. ℥ j. ß. Omnia subtiliter puluerizentur. Fiat Emplastrum s. a. lentiss. igne.

Oleum Balsami expertum Alberti de Minsing. valens ad vulnera recentia, & ad dolores pectoris, splenis & renum.) ℞ Galb. Armon. Mastic. Thuris alb. Storacis Calam. Tragant. Serapini an. ℥ ß. Myrrh. Gummi Elemii an. ʒ ij. Euphorb. ʒ j. Croci ʒ j. Terebynth. q. j. Ol. communis ℔ iij. Conficiantur hoc modo: Gummi pulueriz. & in ℔ ß. Aceti in Cacabo terreo vitriato super lento igni dissoluatur. Et postea cū parumper dissoluta fuerint cum Aceto ponātur in ollam nouam vitriatam

tam, addatur Ol. & Therebynt. ponatur olla ad ignem circularem, ita vt olla ſtet nuda ſuper terram, vt tota materia lente bulliat in igne, ſemper agitando cum baculo, caue, ne Gumm. comburantur, & ita lente bulliant 4. horas ſemper agitãdo, & in fæce decoctorum reperientur Gummata indurata, & Ol. efficietur clarum, & nil turbidum in eo ſupernatabit, tunc erit perfectum, depone ab igne, cola per pannũ lineum, ſeruetur Vſui, poteſt diuidi tale Oleum in duas partes, & in vnam partem pone vitriolum album, & viridis ęris parum, ſcilicet ℨ j. Et item bulliat parum, tunc recipiet colorem viridem, & valebit ad vlcera antiqua, & reliqua pars Olei maneat abſq; permiſtione alterius medicamenti. Iſte Balſamus valet in vulneribus recentibus imponenda cum portia lardi, valet etiam ad combuſtionem membrorũ, ad dolorem pectoris ſplenis, renum. Item, ad dolorem ſtomachi ex cauſa frigida ſimul ad dolorem Epatis. Item ad Podagram frigidam.

Balſamus ad vulnera & vlcera antiqua profunda.) ℞ Terebynth. ℔ vi. Olib. ℥ ß. Lign. Aloes, Maſtic. an. ℨ j. Garioph. Cinam. Zedoar. Nuc. Muſch. Cubebar. Galang. an. ℥ iij. Ol. Oliuar. ℥ vi. Miſce & deſtilla lento igne, valet ad venena frigida, Bufones, ad Fiſtulas, ad noli me tangere, ad Paralyſin,

lysin, & ad vulnera venenosa.

Emplastrum Griseum & mirabile mihi donatum à quodam Monacho.) ℞ Ceræ ℥ ij. Picis ℥ j. Colophon. ℥ j. ß. Resinæ, Olib. Mastic. Cerusl. Thuris an. ℥ ß. Lap. Calamin ʒ ij. Salis nitri, Smaragdi ℥ ij. Magnet. ʒ j. Perlar. ʒ ß. Vitriol. alb. ʒ ij Corall. rub. ʒ ß. Camph. ʒ j. Fiat Emplastrum secundum artem, & erit Griseum, applicetur bis in die, & semper mundificato prius vulnere, & sanat omnia vulnera siue ex sagittis, siue gladio vel pugione inflicta, siue sanie, siue tumore, & siue aliis malis accidentibus & seruetur pro magno Thesauro & in occulto.

Potio vulneraria Ducis Sigismundi, quam emit magno precio.) ℞ Bliti rub. Arthemis. Menthæ, an. M. j. Vini albi clari, Mens. ij. Bulliant simul ad consumptionem tertiæ partis, coletur, detur singulis diebus patienti, si autem superiores res redigantur in puluer. Tunc ℞ eius ℥ j. & Vini Mens. j. & bulliant vsque ad consumptionem medietatis.

Ad tenendum vulnus apertum.) ℞ Terebynthinæ ℥ j. Ol. Ros. Seui Cerui ℥ iij. Resinæ albæ ʒ iij. Pulu. Valerian. ʒ ß. Ceræ parum. Fiat Vnguentum mediocriter liquidum, ponatur super vulnus.

CAPVT

CAPUT VII.

De Tinea Capitis.

AD tineam Capitis puluis Bryoniæ m. stus cum Melle, pone ad Scabiem t. neosam.

Expertiss. ad tineam.) Abluat patiens capu cum Vrina per 9. dies, deinde ℞ Fimum Co lumbinũ, & ponat in ollam cum Aceto for ti, bulliat ad spissitudinẽ, & super caput em plastretur per ij. vel iij. dies.

Vnguentum contra tineam expertum.) ℞ Bu tyri recentis ℔ ß. Terebynt. lot. ℥j. ß. Ol. b. ℥ iij. Minii ℥ j. Mercurii mortificati ʒ ij. vel iij. Pomorum redolentium assator. N. ij. Fiat Vngu. Mortificetur Mercurius & agitetur per integram horam in olla cum spatula li gnea, & seruetur. Fiat Vnctio viginti diebus, omni septimana fiat bis Lotio capitis cum simplici lixiuio vlcerando vlcera ad sangui nis effusionem.

CAPUT VIII.

De Vlceribus Tibiarum.

E*Mplastrum ad Vlcera tibiarum.*) ℞ Cer alb. ℔ j Vitrioli alb. Lapid. Calam. Thu ris, Ceruss. lot. Colophon. Ol. Oliuar. ve Ros. an. ℥ iij. Camph. ℥ ß. Terebynth. lot ℥ j. ß. Ol. de Vitellis ouor. q. s. Fiat Cerotum

secun

ſecundum artem pro Vlceribus tibiarum malignis.

Emplaſtrum ad pedes vlceratos tibiarum ſecundum Marquardum Phyſicum D. Imperatoris Friderici.) ℞ Reſinæ ℥ iij. Lithargyr. ℥ j. ß. Terebynt. ʒ ij. Salis pulue. ℥ j. Vitrioli vſti ℥ ij. ß. Coloph. ℥ j. ß. Bdellii. Opop. Serapi. Galb. an. ℥ ß. Pulueriʒanda pulueriʒentur ſubtiliter, Reſina incidatur in particulas paruas, Gummi diſſoluantur in Aceto fortiſſ. q. ſ. Bullientin eo, bonum eſſet addere Lapid. Hemat. Magnetis an. ʒ ij. Boli Arm. ℥ ß. Fiat Emplaſtrum ſ. a.

Aliud ad tibias malas.) ℞ Litharg. Ceruſſ. Licii, Antimon. an. ʒ vi. Bulliant in Aceto forti biſque ad diſſolutionem adde Ol. Roſ. ℥ j. Iterum bulliant vſque incipiatur denigrari & inſpiſſari, poſtea adde Mell. Terebynt. Reſinæ, Coloph. an. ℥ ß. Et cum liquefacta fuerit adde Thuris, Maſticis, Tragant. Gum. Arab. Pulu. Roſar. Sarcocollæ, Myrrh. Aloes epat. Sang. Dracon. Mumiæ, Fœnugr. Gummi Elemii, Ireos, Ariſtoloch. rotund. Conſol. maior. Opopon. Boli Arm. virid. æris, Hyſſopi humidi ℥ j. ß. Illa conficiantur lento igne cum ſpatula ſemper agitando. Fiat Emplaſtrum & Magdaleones.

Lac Virgineum ſecũdum Marquardum.) ℞ Litharg. Salis gemm. an. ℥ ij. Ceruſſ. ℥ j. Pulue-

rizentur omnia subtiliss. infundantur eun Aceto fortiss. ℥ vi. Suc. Chelidon. ℥ iij. Misce pro pedibus malis.

Vnguentum pro Cruribus expertum.) ℞ Ceruss. Li:harg. an. ℥ ij. Ol. Rosarum, Suc. Solatri an. ℥ vi. Bulliantur simul vsque ad consumpt. Succi Deinde addatur puluer. Thuris & Herb. Bismalu. an. ℥ j. Fiat Vnguentum.

Vnguentum alind M. Pagani in Vlceribus malis de Succo Apii.) ℞ Succ. Apii. Ol. communis an. ℔ j Ceræ nouæ ℥ j. Thuris, Virid. æris an. ℥ iij. Misce, fiat vnguentũ, quod si non reperiatur Succus Apii, tantundem de Felle bouis ponatur.

Vnguentum pretiosum M. Iacobi de Parma, Magistri mei Francini ad Vlcera antiqua tibiarum & mirabilia fecit cum isto Vnguento.) ℞ Ol. Rosar. ℥ vi. Ceræ nouæ ʒ iij. Olib. ʒ ij. Lardi porci. ℥ vi. Alum. rochi combusti ℥ j Resinæ pur. ℥ j. Vitellor. ouor. N. ij. Salis ℥ j Terebynth. ℥ j. Misce, fiat Vnguentum pro tibiis.

Balneum pro Vlceribus antiquis.) ℞ Alum ℥ iij. Vitrioli Rom. ℥ j. ß. Gummi Arab. ℥ j Ponatur in Mens. iij. Aq. pluuial. Bulliant tribus ebullitionibus, deinde ponatur in dolium, immittantur pedes vsque ad genua ij. horas vel amplius, semper de iij. in iij. d.

iij diem. Postea vnge Vnguento albo, & bene ligetur, curat vlcera, etsi sint 30. annorum.

Emplastrum ad Vlcera tibiarum & antiquata.) ℞ Ceræ ℔ ß. Vini albi Mens. ij. Colophon. ℔ j Vitrioli Rom. q. j. Olib. q. j. Cerusf. ℥ ß. Lap. Calaminaris extincti cum Aceto Vini q. j Ol. Oliuarum q. j. Camph. ʒ ij. Terebynt. ℥ j. ß. Coquantur lento igne præter Masticem & Olibanum quæ apponũtur, quando est infrigidatũ. Fiat emplastr. primo mundificetur vlcus cum pulu. Alum. postea superpone emplastrũ, si placet adde Myrrh. q. j. Malaxetur cum pinguedine.

Contra malum & antiquum Vlcus, quod nemo curare poterat.) ℞ Vngu. Basilicon. descript. Nicolai ℥ iij. Ol. Masticis & Absynth. an. ʒ j. Axung. Capon. & Vituli an. ℥ ij. Ceræ q. s. Fiat Vngu. molle.

Vnguentum expertum in Vlceribus fraudulentis, corrosiuis & antiquis, Gangrænas remouens membrorum, inflammationem & Erysipelas.) ℞ Cerusf. lot. Aceti an. ℥ j. Plumbi adusti ℥ iiij. Litharg. ℥ ij. Myrrhæ ℥ j. Mell. ros. col. ℥ ij. Ol. Rosar. ℥ vi. Vitellor. ouorum N. vi. Ceræ q. s. Fiat Vngu. s. a.

Sparadroppus ad vlcera antiqua crurum, valet etiam ad carnem superfluam & putridam, & vnũ Emplastrũ extensum valet 14. diebus solum mun-

dando & iterum apponendo ex vtraque parte.) ℞ Ol. Myrtill. ℔ j. Minii ℥ ij. Misce simul bene & agitentur iuxta ignem de Carbonibus ad mediam horam, postea non est opus agitatione, & bulliat simul 8. horis, & quamdiu inter digitos fuerit pila, non est perfecte decoctum, sed cum non apparet pila, tunc sufficit, deponendo ab igne, & in fine, cum est parum calidum, imponatur pannus lineus fortis & subtilis, & agitentur in oleo, postea ponatur pannus super mēsam, & superfunde aquam frigidā, & cūm lapideo vitro pannus vel sparadroppus bene planetur ex vtraque parte, donec efficiatur lucidus & planus, tunc oleum substātiæ panni imbibitur, & diu durat tale emplastrum 14. diebus. Est secundum quod vlcus est amplum vel strictum. Secūdum hoc de tali emplastro apponatur, reliquū seruetur, quod efficitur spissum & durum vt lapis, & semper necessitatis tempore liquefiat iuxta carbones, vel in aqua calida, tunc iterum mittatur pannus & explanetur, curat omnia vlcera antiqua.

Cerotum pro tibiis, valet multum ad consolidādum vlcera, confert vlceribus antiquis corrosiuis & serpentibus omnium membrorum, remouet malam complexionem calidam, repellit, exiccat dolorem, & mordificationem sedat, & mollificat duritiem marginum vlcerum, & consolidat conuenienter.) ℞ Ce-

℞ Ceruss. Antimon. Litharg. Plumbi vsti, omnium quater lotar. an ℥ iiij. Pingued. castrati ℔ j. Thuris. Mumiæ Sandar. Sarcocol. ablut. Alum. vsti Sangu. Drac. an. ℥ j. ß. Ol. Rosar. Aceti an. ℥ j. ß. Ceræ alb. Resinæ an. ℥ ij. Fiat Cerotum, & extendatur super petiam dum tepefactum est.

Vnguentum mirabile ad vlcera tibiarum antiq. serpentia & corrosiua.) ℞ Ceræ, Resinæ an. ℥ j. Seui Castrati ℥ ij. Picis naualis, Olei an. ℥ iiij. Masticis, Thuris an. ℥ iij. ß. Litharg. purif. ℥ j. ß. Ceruss. ℥ ij. Coquantur simul Olea, Resina, Cera, vsque ad bonam conglutinositatẽ, & cum infrigatata fuerit, addantur aliæ species, conseruentur in vitro, lauentur primo vlcera crurum omni die ter cum vino tepido mediocriter dulci, deinde hoc vnguento vngatur.

Aliud Emplastrum ad vlcera tibiarum.) ℞ Emplastrum tetra pharmac. ℥ ij. Resin. el. Glutinis piscium an ℥ j. dissoluantur simul. Et fiat Emplastrum siue Cerotum.

Ad vlcera puluis consolidatiuus.) ℞ Myrobalan. citr. pulu. ʒ j. Mastic. Ceruss. Litharg. an. ʒ ij. Misce, fiat puluis.

Emplastrum de Perlis.) ℞ Ceræ nouæ, Resinæ purif. Picis Græcæ, Terebynth. lotæ an. q. j. Ol. de Vitellis ouor. per express. ℔ ß. Dissoluantur omnia lento igne, postea in-

corporetur puluis subscriptus subtilissim pulueriżatus. ℞ Cerust. ℥ iiij. Aristoloc rotund. ℥ ij. Corall. rub. ℥ j. Matris perla ℥ j. Olib. ℥ ij. Mastic. ℥ ij. Mum. ℥ j. Sarco col. ʒ ij. Pulu. Verm. terrestr. ℥ j. Carabe ℥ Lap. Magn. ℥ ß. Camph. ℥ ß. omnibus sub tiliss. puluerisf. Fiat emplastrum.

Vnguentum album commune ad tibiarum anti qua vlcera & dolores eorũ.) ℞ Vng. alb. Campl. ℥ iij. ß. Tutiæ præp. ʒ ij. Pulu. Olib. Sarcoc. an. ℈ iiij. Boli Arm. ℈ ij. Ol. Nenuph. ℥ j. Mi sce pro vnguent. molli, si placet Ceræ albæ adde.

Aliud Secretiss. sanans Vlcera omnia antiqu pessima.) ℞ Litharg ℔ j. Ol. commun. Cine ris Cupri vel Squamæ eius, Resinæ an. ℥ j. ß. Mast. ℥ ij. Pingued. Vrsi, Butyri in Maio col lecti, Pingued. Vngul. an ℥ iiij. Ceræ ℥ iij. Se ui Ceruini, Medull. cruris bouis an. ℥ j. ß. Pi cis naualis ℥ j. ß. Et fiat s. a. emplastrum, quod erit mirabile in vlceribus antiquis.

Emplastrum ad tibiarum vlcera Doctoris in Pa sano.) ℞ Ol. Rosar. ℔ j. Ceræ albæ ℥ iij. Ce russ. ℥ ij. Litharg. auri ℥ ij ß. Tutiæ præpar. ʒ j. ß. Minii ℥ iij. Sangu. Dracon. ℥ ß. postea liquefiat Cera in Oleo, cui addatur Ceruss semper agitando, in fine ponatur Sang. Dra con. & non coquitur, vltimo addatur Tutia & agitetur vsque ad infrigidationem, si pla ce

eet, adde Camph. parum tempore æstiuo, & potest imponi frustum relæ mediocriter subtilis, quod possit tibia inuolui ad præseruandum, ne humores currant ad locum læsum. Cumq; incipit frigescere, proiiciatur in aquam frigidã, malaxetur & fiat Magdaleon. Quod si magis stipticũ habere cupias, proiiciatur super aquam Plantag. & Rosar. & vrere, consolidat enim mirabiliter.

In vlceribus tibiarũ & omnibus fistulis in cancro & erysipelate, magnum & expertum: in prurit upedum & tibiarum propter concursum humorũ acutorum ita vt patiens aliquando scalpat pedes circa vlcus vsque ad exitum sanguinis, fiat sequens remedium mihi multum expertum.) ℞ Aq. Pluuialis ℔ iiij. Sacch. ℥ iij. Alum. ℥ ij. Pulueriz. puluer. post in loco tepido dissoluatur, si placet modicum bulliat. Deinde locus & tibia pruriginosa tepide abluantur inuoluendo tibias pannis madefactis.

Vnguentum grisæum ad vlcera tibiarum Alber. Minsing.) ℞ Thuris, Ceruss. an. ℔ ß. Plumbi vsti q. s. Antim. vsti ℥ ij. Cinobri ʒ j. Litharg. ℥ iij. Thuris. Mastic. Ireos, Gallar. Corr. Granat. Balaust. an ℥ ß. Oss. tibiar. hominis vstar. ℥ j. Aristoloch. long. & rotund. an. ʒ j. Ceræ ℔ ß. Ol. Rosar. ℔ j Fiat vnguentum.

Emplastrum Iudæi Imperatoris pro vlceribus tibiarum antiquis.) ℞ Terebynt. claræ ℔ j. Seui

Cer. ℔ j. Ceræ ℔ ß. Axung.porci ℔ ß.Mel elect.℥ j.ß. Theriac.opt.℥ ß. Myrrh. Thuri Masticis, Salis Petræ, Alum. Vitrioli Rom alb. Salis Armon Camph. Virid.æris an.℥ß Fiat Emplastrum iuxta artem, valet ad vlcera antiqua & noua, & ad vulnera, & bene no-tabis.

Vnguentum nobile pro vlceribus tibiarum antiquis, eo vtebatur M. de Parma, & mirabilia cum eo faciebat.) ℞ Ol. Rosar. ℥ vi. Ceræ nouæ ℥ ß. Olibani ℥ ij. Lardi porci ℥ vi. Alum. ro-chi combust. ʒ ij. Resinæ pini ℥ j. Vitell. ouor. N. ij. Salis ℥ j. Terebynth. ℥ j. Misce, fiat vnguentum.

Vnguentum aliud ad vlcera mala Melanchol. & adusta tibiarum.) ℞ Pomum Granator. recens, aut duo, cõtundatur optime cum corticibus, de quo Succo ℞ ℥ ij. Ol. Rosat. Myrtillor. an. ℥ j. Aceti ℥ ß. Cerusſ. ablut. ℥ ij. Litharg. Plumbi adusti an. ℥ j. Mastich. Thuris an. ʒ ij. Omnia in mortario plumbeo cum pistello sine longa contritione & agitatione fiat Vngu. Si placet adde Tutiæ præpar. & pone ad vlcera, & videbis bonam operationem.

Vnguentum ad vlcera serpentia.) ℞ Fellis Cupræ ℥ iij. Resinæ ℥ j. Tutiæ, Marcasitæ an. ℥ ß. Seui castrati ℥ ß. Sarcoc. Aloes, Aristol. rotund. Centau. min. an. ʒ j. Mastic. ʒ iij. Sang. Drac.

Drac.℥.j.ß.Ter.sigill.℥.ß. Ol.rosar. q. s. pro incorporatione fiat vnguentum, est enim pretiosum ad vlcera serpentia.

Emplastrum M. Heinrici de Minsing. ad vlcera serpentia præstantissimum.) ℞. Ceræ nouæ, Terebinth. Ceruss. an. ℔.j. Resinæ & Picis Græcæ, Vitrioli an. ℔.ß. Camph, ℥.ij. Lap. Magn. ℥.j.ß. Ol. Iunip. ℥. ß. Ol. de Vitell. ouor. ℥.ij. Mastic. ʒ.vj. Olib. alb. ℥.iiij. Dissol. Pices, Cera, Terebynth. Resina in patella lento igne. Deinde adde olea, mouendo cum spatula, postea adde vitrioli puluer. bulliat modo lentiss. coqu. quousq; fiat nigrum, deponendo ab igne, impone Camph. Mastic. Oliban. Postea funde super frigidam mensam, fiat magdalion.

Emplastrum barbitonsoris in Göppingen ad vlcera tibiarum.) ℞. Ceræ ℥.x. Resinæ ℥.iiij. Axung. Vaccæ ℥.j. dissoluatur simul lẽto igne. Deinde colentur per pannum lineum, & fortiter exprimantur, postea adde Lap. Cala. extinct. quinq; vicibus in aq. ros. ac subtiliss. puluer. Ceruss. pulu. an. ℥.ij. Vltimo adde vitrioli Rom. ℥iiij. postea cum tepefiat, decoq. lentiss. igni ad spissitudinem conuenientem, fiat emplastrum.

Ad dolorem vlceris difficilem consolidatiui, imponitur puluis oculorum cancrorum fluuial. sedat dolorem, consolidatque

ſimul, & radix Aſari combuſt. & puluer. conſolidat vlcera tibiarum.

Diachylon album contra vlcera tibiarum ſic fit.) ℞. Diachyl. ſimpl. ℥. iiij. Malaxetur & liquefiat circa ignẽ, cui adde Ceruſſ. lot. ℥. ß. Maſtic. Olib. an. ℈. j. Camph. gr. vj. Malaxentur ſimul bene & fiant Magdaleones.

Emplaſtrum Apoſtolicum expertum pro vlceribus & vulneribus.) ℞. Ol. com. ℔. j. Reſinæ q. ſ. Litharg. ℔. ß. Aceti q. ſ. coqu. ſimul lento igne vſq; ad aceti euaporationem, vel ad ſpiſſitudinem, poſtea adde virid. æris ℥. ß. iterũ parum coquantur. Deniq; adde Thu. Maſti. Myrrh. Tragan Gum. Armon. Galban. Lap. Calam. an. ℥. j. Leniſſ. igne continuando cũ prędictis. Probatur ſuper cultello, ſi eſt coctum, non adhærebit. Poſtea pone in aqu. frig. vel ſuccum aliquarum herbar. fiat magdaleon.

Ablutio optima ad vlcera antiqua, mala corroſiua difficiliter conſolidatiua, & valet ad fiſtulas, & ad vlcera alia mala.) ℞. Vitrioli alb. & virid. Alu. Sal. com. virid. æris. Sulph. an. ℥. j pulue. ſubtiliſſ. Deinde coq in aqua Menſ. iij. in qua prius piſa alba decocta fuerint ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde colentur & lauentur vlcera, & eſt res multum experta.

Ad vlcera mala tibiarum, valet aqua allii cum modico oleo de vitriolo mixta.

Ad

Ad idem valet vitriolus rubificatus, misceatur cum Cera in forma Ceroti, & superponatur vlceribus malis tibiarum, & est mirabile exiccatiuum in forma Ceroti.

Nota bene.) Puluis Raphani maior vsti, vlcera humida mundificat & deficcat.

Ad vlcera antiqua.) ℞. Litha: g.℥.j. Mastic. Myrrh. Thuris. an.℥.ß. Alum.℥.ij. puluer. omnia subtil: ß.& de isto puluere parũ impone vlceri, postea superpone hoc emplastrũ, quod ℞. Ol. oliuar.℥.iiij. Ceræ ℥.v. Resinæ ℥. ij. liquefiat simul lento igne, adde pulu. suprascripti ℥. iiij. malaxentur simul, postea bulliant lento igne, fiat massa extensibilis, & est cura apud me multum expertum, præmissis vniuersalibus.

Emplastrum ad omnia vlcera noua & recentia, ad cancrum & fistulas expertum.) ℞. Seui Hircini, Cerui, bouis, Axun. porci, Resinæ, Terebynth. Ceræ, Picis an.℥. iij. Myrrh. Olib. Mastic. Aloes an.ʒß. Herb. Sannic. Sauin. Herb. Sarracen. Bletæ sylu. Gratia Dei, Sanamundæ, Millefolii an. M.ß. contundantur & bulliant omnia s.a. lento igne vsque ad consumptionem Succor. Deinde colentur, fiat emplastrum; valet etiam ad phlegma salsum.

Vnguent. de Plumbo valens in exiccationibus & inflammationibus membrorum & in

in vlceribus fraudulentis, corrosiuis & ambulatiuis, in antiquis Gangrænis, crurum, & aliarum partium.) ℞. Plumbi vsti ℥.ij. Litharg. ℥.j. Ceruss. lot. Aceti an. ℥.ß. Ol. Ros. ℥.iij. Mell. ros. col. ℥.j. Vitel. ouor. N.iij. Myrrh. ℥.ß. Ceræ q. s. fiat vnguentum.

Oleum de Camphora, confert vlceribus malignis.

Oleum de tritico, itidem valet pro vlceribus malignis.

Pro vlceribus crurum.) ℞. Litharg. Ceruss. an. ℥. ß. Plumbi vsti ℥.j. Acatiæ, Boli Arm. Sangu. Dracon. an. ʒ.j. Colophon. ʒ.iij. Album. ouor. N.ij. Gum. Arab. ʒ.v. Suc. Planta. ℔.j. teratur omnia simul in mortario plumbeo cum pistello suo vsq; ad spissitudinem linimenti, & de hoc liniantur membra vlcerata, & apparebit efficax.

CAPVT IX.

De Fissuris Manuum & Pedum.

V*Nguentum ad Fissuras manuum Montag.*) ℞. Ol. Rosar. Ceræ alb. Thuris, Mastic. Axung. gallin. an. ℥.ij. misce, incorporetur simul, ita, quod puluis non ostendat asperitatem, fiat vnguentum molle.

Rapa concauata & ol. Rosar. impleta, post assa-

assata, fiat linimentum, cum illo vnguento super fissuras ex frigore factas, imo etiam in excoriationibus puerorum, quas vrinæ acredo procreat.

Contra fissuras manuum & pedum à frigore.) ℞. Medium quod est in squilla, coqu. in oleo, deinde dissolue in eo Resin. pini, imponatur fissuræ, quæ fit ex frigore Serapio.

CAPVT X.

De Scabie.

VNguentum ad scabiem expertiss. patris mei.) ℞. Terebynth. lot. cum vino, deinde lauetur cum aq. rosar. ℥. viij. Suc. Arant. & iiij. Vitellor. ouor. Myrrh. Storacis liquid. an. ʒ. iij. fiat vngu. diligenter incorporando sine igne.

Aliud expertum in omni scabie.) ℞ Lact. Capr. ℔. j Cort. Sambuc. virid. M. j. Salis parum, coq. simul, deinde fortiter exprime, cum qua expressione vnge locum.

Aliud factis vniuersalibus, semper mane lauentur cum decoctione blitis & graminis seu Lapatii acuti, & sero, vngatur cum tali vnguento.) ℞. Ol. Rosar. Suc. Apii, Suc. Rutæ, Vitel. Ouor. Terebynth. an. ℥. j. Vitrioli communis, Alum. an. ʒ. j. ß. Stora. liquid. an. ℥. j. ß. Ceræ parum, fiat vngu. vngatur vbi est scabies, & vtatur omni

omni mane de sero caprino ℥.viij.infundendo de Syr.Cuscutæ,Absynth.an.ʒ.j.ß.

Vnguentum expertum per me ad scabiem malam tortuosam,& alia loca crustosa.) ℞.Terebyn. q.s.Seui Porcini ℥.j.ß.Ceruini ℥.ij.Resinæ ℥ ß.Vitellor.ouor.N.ij. Mastic. Thuris,Myrr. an.ʒ.ß.vel ℈.ij.Suc.Pomor.Arant. N.iij.fac vngu.est expertum.

Vnguentum pro omni scabie & defœdatione cutis.) ℞.Suc.Rutæ,Storac.liquid.an.℥ j.ß.Salis ℥.ß.Ol.Rosar.℥.j.Ceræ q.s. coquatur oleum & Cera. Deinde incorporentur simul Storax & Sal in mortario plumbeo cum leui frictione. Hoc vnguentum optime valet ad Erysipelam, & ad omnem scabiem & excoriationem, cutaneam prouenientem à phlegmate salso.

Ad scabiem.) ℞.Litharg.℥.ij. Ol. rosar.℥.ß. Ol.Terebynth.℥.j. Ceræ q. s. fiat vngu.post balneum vngatur.

Vnguentum lene valde expertum.) ℞.De Suc. Sumit.Tapsi barbati. Litharg. Aceti, Ol.simul mistis,probatum.

Quidam curabat omnes scabiosos,dando brodium pulli, in quo Enula fuit decocta cum pullo.

In omni cutis fœdatione valet sulphur subtiliss.puluer.& cum lacte inunctum, valet in fœda scabie.

Secretum in omni scabie) ℞. Aqu. destillat. Stercoris humani, lauetur locus, expertiss. est.

Contra scabiem & phlegma salsum.) ℞. Terebynth. Butyti Maialis an. ℥ j Aceti ℥. ß. Salis ℥. ij. misce pro vnguento.

Vnguentum no abile contra scabiem.) ℞. Rad. Lapatri acuti ℥. iiij. Rad. Bismal. ℥. iiij. coqu. in aceto vini deinde fiat fortis expressio, colaturæ ℞ lb. j. adde Aung. porci lb. ß. Suc. Chelid. ℥. ij. Sulphur. ℥. ß. Salis vsti ʒ. ij. misce pro linimento. D. Hieron. Minsing.

Ad scabiem malam D. Alb. Minsing. fiat decoctio Cort. median. arboris fœtidæ in aceto vel lacte, & vnge.

Aliud expertum contra scabiem siccam pruriginosam, vt in senibus.) ℞. Vngu. Populeon ℥. iiij. Ol. rosar. ℥. j. Suc. plantag. ℥. j. ß. misce, fiat cum igne lento vnguentum.

Vnguentum in scabie D. in Anspach.) ℞ Axun. porci ℥. ij. Mastic. ʒ. iij. Thuris Masculi ʒ. j. Sang. Dracon ʒ. j. Litharg. Rad. Ireos, Alum. scissi an. ℈. ij. Mercurii extincti in aceto ʒ. j. fiat vnguentum.

Vnguentum ad Scabiem mirabile & expertum sine periculo in quocunque loco. Est M. mei Francini de Gozadinis, & dicitur vnguent. de Arantiis) ℞. Terebynt. lot. cum aq. rol. ℥. iij Ol. rosar. ℥. vj.

ʒ.vj.Suc.trium Arantiar. Vitell. ouor. N.iij. omnia simul misce,& fiat vngu. expertiss. in scabie antiqua & sicca. Et magister meus vtebatur tali remedio, accipiebat pomum Arantiũ, deponebat corticem, superponédo Sacch.ij. vel iij. horas, post dedit tribus aut iiij. vicibus mane, aut potest exhiberi succus eorum mane loco Syr. cum Sacchari, est enim mirabile, quia expellit scabiem per vrinam, & facit mingere omni mane vrinam nigram.

Aliud ad scabiem expertiss. sæpe à patre meo probatum.) ℞. Terebynth. bene lot. cum aq. pura, deinde lauetur ter cum aqu. rosar. ʒ. viij. Suc. trium Arantior. & Vitellor. ouor. N.iij. Myrrh. Storacis liquid. an. ʒ. iij. fiat vnguentum.

Aliud vnguentum de alliis.) Allia minutiss. trita & cum Axung. porcina mixta, curant omnem scabiem tribus inunctionibus.

CAPVT XI.

De Serpigine.

Contra serpiginem.) ℞. Puluer. sal. Armon. conteratur cum sapone Gallico, frica locum.

Ad serpiginem facile amouendam.) ℞. Suc. Lapatii acuti, cum aceto fortiss. & sale, fricetur locus in balneo.

Contra serpiginem expertum.) ℞. Sulphu. vivi ℥ j. Tragant. Alum. an. ℥ j. fiat puluis, ponatur in petia, coquatur in aceto bono, post fiat inunctio.

Ad serpiginem & impetiginem certiss.) ℞. Cal. viuæ, Auripigmenti an. ʒ. j. Tartari, Saponis, Salis Nitri an. ʒ. ij. Calcis & auripig. puluer. & cum sapone & oleo in modum vnguenti, perfricatur, & locum affectum intinge, & hoc vnguentum per diem & noctem dimitte, nascitur ibi quædam crusta, quæ vnguento albo inungitur, & hac remota, recedit serpigo.

Vnguentum contra serpiginem & scabiem.) ℞. Suc. Lapatii acuti ℥. ß. Sal. communis tantum: Mellis Coch. iij. Aceti boni ℔. j. fiat vnguentum.

Ad serpiginem iuxta eundem.) ℞. Puluer. Litharg. P. j. ponatur in aceto, & mane resoluatur super ignem, postea adde oleum de nucibus & pulu. Tartari in duplo prædictorum & deponatur statim ab igne, & fiat vnctio.

Ad faciem serpiginosam.) ℞. Ouor. Nou. aliquot in aceto per 8 vel 10. dies macerentur, donec cortex mollescat. Deinde adde sinapis albi ℥. iiij. tere simul optime, & loca serpiginosa lauentur sæpius.

Contra pannum cutis & serpiginem.) ℞. Succi Lapatii acuti, inunge pannum in exitu à bal-

neo cum lineo panno sine aliqua additione est res experta, & ad serpiginem, fiat in di pluries vnctio.

CAPVT XII.

De Fistulis.

VNguentum ad fistulam mortificans eam mirabile.) ℞. Alum. vsti, Vitrioli rubifica. q.s. Virid. æris ℥. j. omnibus subtiliss. pulue. Deinde mellis electi q.s. adde Ol. lauri vel o liuæ, Terebynth. an. ℥. ß. coquantur sim vsq; ad rubedinem.

Aqua fortis mirabilis operationis ad mortificandum fistulas & vlcera ostrochosa.) ℞. Vitrioli, Salis Nitri bene clarif. an. ℔. j. ß. fiat aq. fortis s.a. ad j. mensuram. Est enim Causticum expertum. Voluatur stylus cum petia, & intingatur in aqua, & subtiliter impone fistulę, statim mortificat & cessat dolor, omnes fistulas curat.

Ad fistulam expertum.) ℞. Sal. Gem. Tartari, Agarici an. fiat pulu. subtiliss. cum melle, fiat in forma vnguenti & lente inunge, imponetur fistulę, ossa fracta extrahit, & carnem malam corrodit & fistulam sanat. Valet etiam iste puluis super anthracem albam prius facta scarificatione.

Item.) Viride æs, sal Armon. cum modico mellis, curat fistulas.

Item.)

Item.) Viride æs mixtum cum Resina & Terebynth. Aere vsto, & vitriolo.

Ad omnem fistulam proprie lachrymalem & vlcera difficilis curæ collyrium vel puluis.) ℞. Aloes, Thuris, Sarcocol. Sang. Dracon. Antimon. Alum. an. par. æq. Ferri ærug. quartam partem vnius, fiat puluis subtiliss. qui distemperetur cum aq. Rosarum, iniiciatur in angulũ oculi iij gut. bis in die, & supra locum. Deinde hoc mundificatiuum Auicennæ. ℞. Myrr. ʒ.ij. Gum. Arab. fiat puluis cum felle bouis, inspissetur ad modum vnguenti, & cum pecia panni linei superponatur, quia consolidat vlcera difficilis curationis.

Puluis ad siccandas fistulas.) ℞. Elleb. alb. Aristol. rotund. Centau. rad. Scolopend. Ireos, Far. Oribi an. part. æq. fiat puluis, fistula impletur ex illo.

Puluis ad idem mortificans.) ℞ Calcis viuæ q. v. mittas ipsum multoties in Suc. Chelidon. exiccetur pulu. & vtere.

Emplastrum ad fistulas.) ℞. Aceti vini fortiss. Ol. vetustiss. an. P. iij. Litharg. P. j. Ego accepi P. ij. teratur Litharg. cum aceto in mortario donec dissoluatur. Deinde ponatur cũ oleo in olla vel patella, coquatur simul per totã diem integram, donec nigrescat, & fiat ad modũ picis viscosum nigrum & relucens,

tunc ſeruetur ad vſum, & fiant ex eis lenti & immittantur.

Contra fiſtulam in angulo oculi. Primo factis vniuerſalibus fiat puluis.) ℞. Matris Perlar. ℥ß vel ℥.j. Tutiæ præpar. ʒ.vj. Margar. electa. ʒ. vel ℥ j. quanto plus, tanto melius, Camph. ad quantitatem fabæ, fiat puluis ſubtiliſſ. per Syndonem cribratus.

Puluis ad mortificationem fiſtulæ.) ℞. Olibani, Sarcocol. Balauſt. Sangu. Dracon. Ammon. Alum. plumoſ. an. ʒ.j. Virid. æris ℈.j. fiat puluis.

Doctor Georgius Amman de Esling miſit mihi tria remedia contra fiſtulam meam, experta ipſi, præſupponitur euacuatio & Diæta conueniens. Primum quod habuit à præceptore ſuo M. Petro Peruſino Doctore. ℞. Reſinæ Pini, Ol. Lauri, Ol. Leuiſ. Ceræ nouæ, Gummi Elemii, Thuris an. par. æq. miſce, fiat vngu. quod ad fundum fiſtulæ mittatur.

Secundum eſt aqua deſtillata.) ℞. Vini albi opt. Veneti ℔ vj. in quo pone Roriſmar. M. iiij. coqu. parum, & immittantur ſic in infuſione per duos dies, deinde fiat aq. vitæ per deſtillat. de qua aqua vitæ ponatur ad fiſtulam vſq; ad fundum, addendo ad ℥. ij. talis aq. vitæ ʒ.j. aluminis Saccharim.

Tertium eſt.) ℞. Mell. deſpum. ℥. vj. coquatur

tur mel ad aliquā glutinositatem, & cum cœperit infrigidari, ponatur puluis subtiliter triti Thuris, Aloes, an.℥.j. & in fine ponatur Asa fœtida ℥.j. ß. deinde totum longo tempore teratur in mortario, & fiat vnguent. Est multum laudatum, & à me expertum, & bene contulit.

Nota bene.) An fistula sit in carne vel ossa, & optimum est, vt orificium fistulæ amplietur, vt medicinæ ingredi possint, & mundificari, & abstergi bene.

Aliud expertum D. Hermanni in Heidelberg mihi missum ad fistulam meam.) ℞. Sumit. Centauri min. in Mense Augusti M.iij. Radic. recent. Pentaphil. M.ß. Rad. recent. Arnogloss. maior. P.j. Herbar. Chamedr. Scabios. an. M. j. Vini Costi vel Sapæ ℔.iiij.ß. coque omnia in olla noua ad mediet. Postea herbæ & Rad. fortiter contritæ dure exprimantur. Tandē ad ignem prunor. suauiter ad spissitudinem mellis coquatur, est secretissima medicina.

CAPVT XIII.

De Combustione.

AD *combustionem Ignis, & aliorum liquorum vnguentum expertiss. cito sanans & dolorem sedans, & valet in omni intentione, expertiss. in me ipso 1509.*) ℞. Butyri recentis extracti in la-

cte non salito q. v. coquatur cum stercor anseris, postea coletur super aqua frigi munda, clara, dulci. Deinde iterū dissoluat & infundatur sup aquā frigidā, vt prius, quā to plus hoc fit, tanto maior erit virtus illius. Vltimo lauetur cum aq. rosar. liniatur locu cum eo, statim sedat dolorē, & curat vlcera profunda antiqua causata à combustione.

Vnguentum album vsitatum in adustionibus.
℞. Calcis albi & mundi à lapillis, q. v. infundatur in aqua, & permittatur per ij. horas. Deinde remoueatur aqua illa à calce, & ponatur alia dulcis, iterū deponendo vt prius, & hoc fit iiij. vel v. Deniq; ℞. calcem lotam, & colatam ab aqua, misce cum ol. rosar. & cum eo vngatur adustio ignis. Et si addatur de albumine oui cum mucillagine Psilii, erit potentioris iuuamenti, & infrigidat.

Aliud valde expertum à Domino de Suneberg, in omni intentione, & maxime sedatiuum doloris 1509.) ℞. Axung. porcinæ antiquæ, dissolutæ super aq. frigid. postea collige & adde vitella ouor. q. s. agitentur simul multa agitatione cum spatula lignea, quousq; inspissetur in forma vnguenti. Tale vnguentum apponatur loco læso super panno, & non remoueatur vsque ad 15. horam, vel in illa hora, in qua appositum fuit. Postea abluatur cum aqua tepida, iterum superponatur cum

papyro,

papyro, & sic optime curabitur in nouem diebus.

Vnguentum de calce expertum ad combustionem ignis quidam sic fecit.) Posuit calcem per quatuor dies in aqua, postea exiccauit, & puluerizauit, & addidit ol. Lini, superposuit ambustioni, & contulit.

Aqua ad combustionem ignis.) Aqua destillation. Raparum superposita, & instillata adustionem ex igne, vel aquæ cum crusta factã, quę alias curari nõ potest, sanat, si ea lauetur.

Ad combustionem aliud expertum per me.) ℞. Axung. porci dissoluti & colati ℔. ß. Deinde lauetur cum vino vel aqua rosa. Plantag. addedeniq; Ceruss. lot. cum aq. rosar. ℥. ij. ß. Ol. Rosar. abluti ℥. iij. Album. oui. N. iij. si placet adde Masticis, Camph. an. parum Ceræ alb. q. s. fiat vnguentum.

Sedatiuum doloris in combustis.) A principio statim ponatur membrum vel locus in lacte cum albumine oui & ol. rosar. agitentur bene simul, imponatur locus læsus ad iij. vel iiij. horas. Hoc etiam extinguit ardorem & acuitatem factam ex bombardis.

Ad pulcrifaciendum cicatrices post combustionem, & est mirabile & expertum Gentilis.) ℞. Calcis extinct. x. lot. ℥. ij. Tutiæ ℥. j. Cerę, ol. rosar. an. q. s. Album. ouor. N. ij. fiat vnguentum.

CAPVT XIIII.

De Luxatione & Atrophia membrorum.

EMplastrum contra dislocationem membrorum, ossium contusionem, & eorum torsionem veluti confractionem & tabefactionem omnia refrenans & reponens.) ℞. Ceræ ℥. iij. Resinæ ℥. j. ß. Masticis ℥. j. Olibani, Galbani, Armon. an. ʒ. vj. Far. Fœnugr. Chamomil. Absynth. Cymini an. ʒ. j. De Castoreo. Ol. Chamomil. an ʒ. j. ß. omnibus prius subtiliss. pulueris. Cera, Oleum, Resina simul dissoluantur, & ℥. j. vel ʒ. vj. Aceti, Gummi dissoluetur, & colentur, postea adde pulu. & fac emplastrum.

Contra arefactionem membri decoquantur conchæ nigræ, & pinguedo colligatur, cum quo vngatur membrum.

Item.) ℞. Sauinę, Semperuiuæ an. M. j. Anagallis M. ij. Axung. porcinæ ℔. ij. Butyri Maialis ℔. j. Terebynth ℔. j. ß. contundenda contundantur optime, & simul bulliant bene, stet per iiij. horas, postea iterum bulliatur parum, vltimo coletur per pannum, erit vnguentum subtile.

Ad labefactionem membri & decrescentiam.) ℞. Medull. cruris cerui, Medul. cruris bouis, Axung. canis nō polluti an. dissoluātur. Primo scarifica locū in balneo & imediate, post

exitum frica locum cum vnguento, & fac caligam cum pelle canina, & post mensem iterum scarifica, & iterum cum Pipere frica, & hoc iteretur, & videbis effectum.

Ad extenuationem Membri.) ℞ Sumit. Iunip. Salu. Radic. Vrticæ, Flor. Chamomill. an. Bulliant in Butyro, bona bullitione, cola cum expressione forti, vnge locum. Ad idem valet Oleum destillatum Picis naualis.

Aliud.) ℞ Ol. Amygdal. amar. ℔ ß. Croci ℥ß. bene triti, coq. & line.

Aliud.) Destilla Pulmon. & Epar Vituli recentis cum Saluia M. v. & Piperis ℥ j. Vnge.

CAPVT XV.

De Maculis faciei, & de Morphea, seu Vitiligine.

CONTRA *Maculas rubeas & spissas faciei.*) ℞ Gummi Cerasor. vel de Prunis, infundatur per VII. dies in s. q. Aceti fortis & dissoluatur, quo inunge faciem sero, tunc fiet mane cortex spissa, illam depone & accipiet secum maculas & fœdationes alias.

Aliud.) ℞ Tartari & Salis an. q. v. temperentur cum s. q. Ol. Ros. in forma vnguenti, cum quo fit inunctio in facie.

Ad abstergendam omnem maculam in facie.)

℞ Pulu. Camph. nitri an. ʒ j. Mellis q. s. Misce & liniatur in Balneo facies.

Aliud.) ℞ Stercoris gallinar. confice cum Melle despumato, & Far. fabar. excort. Fiat vnguentum.

Ad pannum superfluum de facie tollendum & ruborem superfluum.) ℞ Baccar. lauri amota cortice subtiliss. puluer. conficiantur cum Melle, & vngatur facies in Balneo, fortificabitur, si adderetur aliquid Fellis.

Ad faciem morphetiçam D. Alberti Minsing.) ℞ Camph. ʒ j. Myrrhæ, Olib. an ℥ ij. Sulph. ℥ iiij. Resinæ ℥ ij. Butyri Maialis sine Sale ℥ ij. Misce, fiat vnguentum.

Aliud ad idem D. Alb. Minsing.) ℞ Sulphur. viui ʒ j. ß. Calc. viuæ, Ceruss. lot. Litharg. Mercur. extinct. an. ℥ ß. Baccar. lauri ʒ ß. Allii triti. Axung porci. antiq. prius ablut. in Aq. Rosar. q. s. ad prædicta incorporanda. Fiat vnguentum mediocriter liquidum pro Morphea.

Vnguentum ad idem.) ℞ Tutiæ nouies extinct. in Vino Maluat. ℥ ij. Camph. Nil. an. ʒ ij. Puluer. omnia subtiliter vt Alcohol super marmor. adde Perlar. ℈ ij. Saphyri ʒ ß. Corall. alb. vstor. ℈ ij. Misce & puluer. omnia subtiliss. Post ℞ de Lardo antiq. dissolue in patella, vt non comburatur, fundatur super aqua frigida clara, & cũ infrigi-

data fuerint, lauetur cum aqua Rosar. donec albescat, & non adhæreat spatulæ, tunc adde pulu. prædictos. Misce, fiat vnguentum, est maximum expertum.

Pro Morphiticis.) ℞ Tartari alb. Sal. Nitri an. Puluer. subtiliss. super lapide Porphiria: post fac foueam in medio pulueris, & impone carbonem ardentem, vel Ol. quod inde fluit serua, & loca morphelina inde abluantur.

Contra pannum & maculas, & morpheam.) ℞ Caseum integrum ex capris factum, qui sit siccus, & qui tamen manibus possit comminui, destilletur per Alembicum, & cum illa aqua abluantur maculæ & pannus, prius abluendo locum cum Aqua Vitæ & Rosar. & Fol. Querci destill. an. part. æqual. mixtis, & valet contra morpheticam faciem.

Contra Morpheam & malam dispositionem faciei.) ℞ Sulphur. viui ℥ ij. Camph. Perlar. non perforat. an. ℥ j. Puluer. infundatur aqua Rosar. in panno lineo inuoluta, stet in infusione per Mensem, interea tamen tali panno bis omni die lauetur facies, præmissa purgatione Choleræ adustæ, & nisi sit vera lepra conualescet. Est res experta & vera.

Ad faciem morpheticam.) ℞ Seui vel Pingued.

gued. Porci recentis, dissoluti in Aq. frigida ℥iiij. Sulphur. viui vel communis subtiliss. pulu. ℥ ß. Terebynt. lot. ℥ j. Mercur. ʒij. Vitell. ouor. N vi. Pingued gallin. recent. ℥ ß. Aquar. Plantag. Nenuphar. Rof. an. ʒj. Omnibus prius subtiliss. pulu. Misce simul in mortario longa contritione ad horas ij. postea stent in aere & dentur in pixidem mundam. Fiat inunctio in facie ad tres septimanas, mane abluatur cum infusione Furfuris vel Fabar.

Ad faciem morpheticam & quasi leprosam.) ℞ Camph. P. j. Sulphur. P. j. subtiliss. pulueris. Misce cum Aq. Rosar. Vngatur facies sero & mane, deinde lauetur cum Aqua decoct. Fabarum.

CAPVT XVI.

De Dealbatione Faciei & Manuum, & de Cicatricibus Delendis.

AD *dealbandum faciem expertum.*) ℞ Fabar. pone in Aceto fortiss. donec pelliculæ cadant, tunc pone ad solē & sicca, postea puluer. subtiliss. & puluis ponatur in aqua calida dum vadis dormitum, vnge faciem, mane iterum abluatur.

Aqua ad pulchrifaciendā faciem.) ℞ Rad. Serpent.

pent. ℔ iiij. Lact. vacc. ℥ xii. Camph. ℥ j. Boracis ℥ ij. Tragant. ℥ j. ß. Mastic. ℥ ij. Olib. ℥ j. Zinzib. ʒ vi. Cinamom. Nuc. Musch. an. ʒ iij. Musci fini ℈ j. Garioph. ℥ ß. Omnia infundantur 24. horas. Misce, & destillentur lento igne, de aqua ista destillata ablue faciem, quæ nullam morpheam vel maculam relinquit in facie. Est expertum.

Ad asperitatem faciei vel cutis à Sole aut Vento, dealbat & clarificat.) ℞ Seui Cerui q. v. bulliat in aqua, postea funde in aliam aquam, colendo sæpius ab aqua manibus diu malaxando, deinde adde Pulu. Boracis, Vernicis, Ceruss. lot. an. q. s. pro incorporatione vnguenti. Est enim expertum.

Ad clarificandum faciem.) ℞ Sulphur. communis, combure in Aqua Vitæ, post misce cum Medulla ceruina. Fiat Vnguentum, cum isto vnge faciem, & est Vnguentum Ducissæ vxoris Ducis Alberti de Austria.

Aliud ad faciem clarificandam.) ℞ Christalli, Boracis, Vernicis, Tragacanti alb. an. part. æqual. Camphor. & Ceruss. an. parum. Hæc pulucrizata cum Axung. gallin. clarif. & Ceræ albæ. fiat Vnguent. subtile. Dealbatio vero Ceræ sic, quæ Cera in omni vnguento ad faciem sumenda. Resoluatur Cera in vase subtili, deinde immergatur in alio vase pleno Aqua frigida, & sic extrahatur tota

Cera

Cera ſubtilis & tenuis ad modum Fol. Arboris. Tunc ℞ iſta folia ſic coagulata ac ſuper tabulam mundam, expone ſoli & aſpergantur, ſic fit per aliquot dies, & dealbatur ſicut pannus.

Vnguentum dealbans manus.) ℞ Aphodili, q. v. Coquatur in aqua vſque ad conſumpt, cum ſpatula ſemper mouendo, & in fine decoctionis adde Tartari ſubtiliſſ. pulu. & trita Oua cruda, & fiat debita & perfecta admixtio, & iſto vnguento vnge manus & alia loca.

Ablutio optima purgans manus.) ℞ Caryophyll. N. v. Nitri, Far. Fabar. ℥ j. Omnia terantur, & cum aqua manus abluantur.

Ad dealbandas manus & contra fiſſuras & aſperitatem earum valens.) ℞ Cerebri porci, Mellis & Butyri an. part. æqual. terantur ſimul, deinde adde Vini alb. q. v. coquatur ad formam Vnguenti, line de eo ſero manus, & mundabuntur, mane laua cum Aqua tepida decoctionis Sulphuris. Hæc Donus.

Ad delendum cicatrices expertum D. Buchardi.) ℞ Reſinæ pini claræ, diſſoluetur cum modica Terebynth. & incorporetur cum ea Pulu. Tragacanti, & loco ſuperponatur in forma Emplaſtri, attenuat cicatricem.

CAPVT XVII.

De Anodynis & Emollientibus.

VNguentum Anodynum.) ℞ Ol. Keirini ℥ ij. Ol. Amygdal. dulc. Sesam. an. ℥ j. ß. Butyri ℥ j. Ol. Chamomil. Anetini, Pingued. Anatis an. ℥ ß. Croci ʒ j. ß. Ceræ ℥ j. ß. Vitell. ouor. N. iij. Fiat vnguentum.

Emplastrum mollificatiuum.) ℞ Oxycrocei ℔ ß. Emplastri de Melilot. q. j. Far. Sem. Lini. Far. Rad. Altheæ an. ʒ ij. Puluer. Hyssopi ʒ j. incorporentur simul cum Ol. Lilior. alb. & Anetino q. f. Fiat emplastrum.

Emplastrum vel vnguentum Diachylonis mollesiesit.) ℞ Diachylon. simpl. ℔ ß. Vng. Dialth. ℥ iiij. Ol. Chamomill. Aneti, Terebynt. an. ℥ j. Misce simul lento igne continue mouendo donec infrigidetur.

Vnguentum mollificatiuum de meis valde molliens in furunculis & aliis, lenitque omnes duritie iuncturarum.) ℞ Mucillagin. Sem. Lini, Altheæ, Fœnugr. an. ℔ v. Medull. cruris bouis ℥ xv. Pingued. porci. ℔ ij. Olei Sem. Lini ℔ v. Rad. Ireos ℔ ij. Litharg. ℔ iiij. Terebynt. ℔. ij. Ceræ nouæ ℥ xv. Fiat emplastrum vel Cerotum f. a.

Vnguentum de Mucillagine secundum vsum veterum.) ℞ Mucillag. fœnugr. Alth. Sem. Lini an. ℥ vi. Litharg. auri ℔ ij. Terebynth.

Medull. cruris vaccæ an. ℥ iiij. Ireos pulu. Ol. de Sem. Lini an. ℔ ij. ß. Misce, fiat Vnguentum.

Vnguentum mollificans omnia Apostemata secundum Mediolan. & secundum Rhasim.) ℞. Axung. porc. ℥ iij. Pingued. Anser. Terebynth. an. ℥ j. Ol. communis antiqui ℥ iiij. Far. Fœnugr. & Sem. Lini an. ℥ j. Bdellii, Opopon. Mastic. Thur. an. ℥ ß. Gum. dissol. in Vino, & fiat s. a. Vnguentum.

CAPVT XVIII.

De extrahentibus Infixa.

Emplastrum infixa extrahens.) ℞. Armon. Bdellii, Serap. Galba. Opopon. Gummi Elemii an. ℥ ij. Terebynth. Picis naualis, Resinæ pini, Visci querc. Mellis an. ℥ j. ß. Aristoloch. long. & rotund. Diptam. Colophon. Myrrh. Lap. Calam. Polipod. Cort. Rad. Arund. an. ℥ j. ß. Ferment. Axung. porci. Ol. Lauri an. ℥ j. Aceti ℥ ß. cum quo dissolu. Gummi. Fiat emplastrum cum Cera s. a.

Ad extrahendum ferrum mirabile Secretum.) ℞. Lingu. Vulpis in Martio collect. exiccat. & seruati, & cum opus fuerit pone in Vino quousque mollescat, superpone loco & exibit.

Aliud

Aliud extrahens infixa.) ℞ Fermenti ℔ ß. Centinod. Puleg. an. q. j. Terebynt. ℔ j. Visci quercini q j. Armon. Galbanti, dissolue cum vino an. ℥ j. Ceræ ℥ iiij. Fiat emplastrum, adde Cannæ ℥ ij. Et erit melius.

CAPVT XIX.

De Corrosiuis.

LApis *corrosiuus oculistæ Conradi de August.*) ℞ Cineris Querci, Cineris Vitis an. ℥ iij. Calcis viuæ ℥ iiij. Cineris clauellat. ℥ j. Salis Petri ℥ ß. Hæc omnia pulueriz. & ponantur in mundum vas, & affundatur aqua calida ℥ xx. Agitentur & stent per noctem, altera die coletur per Saccum, & colatura ponatur in patellam, bulliat donec coaguletur sicut lac siccum, ℞ modicum ex patella, & proba an satis habeat, & si efficitur vt lapis durus, tunc ponatur in vitrum, & obtura bene, ne aer subintret, alioquin soluetur in aquam.

Alius Lapis corrosiuus.) ℞ Cineres Vitis, fac Lixiuium acutiss. similiter ex calce viua, fac Lixiuium, istorum lixiuiorū ℞ an. ℔ j. Misce simul, postea ℞ Sal. Atmon. ℥ j Sal. gem ℥ ß. Salis petræ ℨ ij. Salis vsti ℨ j. Virid. æris ℥ ß. pulueriz. omnia & misceantur & ponantur ad ignem, bulliant ad spissitudinem, continue & successiue mouendo quousq; cōuer-

P tatur

tatur in lapidem. Nota, quod ita fiat, qua do incipit inspissari, tunc adde ℥ ß. Salis, materia conuertatur in duritiem lapidis, coquatur valde lento igne.

Ruptoriū lene Gentilis.) ℞ Vrinæ pueri, Rad. Chelid. an. ℥ iiij. Misce, & bulliat, iice desuper Calcis viuæ ℥ ij. Auripig. ℥ j. spissentur & fiat Ruptorium.

Lapis corrosiuus Chirurgorum præstantiss.) Cinerem Clauell. ℔ j. Cinerem Fagi ℔ Calcis viuæ ℔ j. ß. Fiat ex istis lixiuium, funde aliquoties, aut maneat tam diu super cineres, donec Lixiuium fortificetur, & deplumet pennam. Hoc lixiuium coletur & decoquatur, donec remaneat parua quantitas, tandem ℞ Aqu. fort. sublim. ℥ j. Arsenici crudi ℥ ß. Decoque ad spissitudinem, infunde super ferro frigido, & tandem frustatim frange, & dum immensum dolorem corrodente caustico mitigare volueris, laua vlcus cum aqua Mellis aut Hordei, & tandem Ol. Rosar. infuso, & dolor & operatio cauterii cessabit.

Cauterium vel partiale Vesicatorium.) ℞ Canthard. absciss. alis & capitibus, Fermenti, Aceti. an. Incorporentur & applica in testa Nucis.

Aliud fortius illo.) ℞ Aquæ fort. sublim. Fermenti, Axung. porci, &c. Sub nuci -sta

testa applica. Tandem locum ol. viola. inunge, & cessabit causticum.

Ruptorium optimum & lène.) ℞. Cantharid. ℥ j. Auripigm. ℥ j. cum aceto fortiss. apponitur ad formam emplastri, & sine periculo erumpit.

Lapis corrosiuus.) ℞. Aceti fortiss. ℥. xx. Calcis viui Vitrioli Rom. Alum. plumosi, Cineris vitis subtiliss. cribellati an. ℥. j. bulliant simul ad consumpt. tertię partis, & in vase vitreo depuretur. ℞. Colaturæ clarificatę, adde salis Armon. Sal. Gem. Salis Indi, Salis Alkali an. ℥ j. Arsenici ℥. ß. omnia de nouo ponantur ad ignem, bulliant, statim coagulabitur, vsui reserua in vase vitreo.

Vesicatorium.) ℞. Fermenti veteris ℥. ij. Cantharid. abscissi. alis & capit. ʒ. ij. Aceti, Squillit. ʒ. ß. Sem. Sinap. Anacard. Flammulę stercoris columbini an. ʒ. ij. fiat cataplasma.

Corrosiuum optimum Comitis Ludo. de Helfferstein.) ℞. Ciner. fabar. clauellat. vitis, Fagi, an. ℔. ß. Calcis viuę. ℥iij. fiat lixiuium per saccum, & adde Ciner. clauellat. ℔. ß. Bulliant cum lixiuio in duabus ollis, semper ponendo de vna olla in aliam vsque ad depilationem pennæ, quod capitellum serua in vitro forti, & cum calce viua fiat mixtura cum operari vis.

Ruptorium perfectissimum ex libro Apothe-rio.) ℞. Aceti fortiss. ℥.xx. Calc. viuę, Vitri Rom. Alum. plumos. Cineris vitis subtili Cribell. an. ℥.j. bulliant donec tertia pars consumatur, pone in vase vitreo, depuretur ℞. depuratam claritatem superiorem, ad-dendo Sal. Armon. Sal. Gem. Sal. Indi. Sal Alkali an. ℥.j. Arsenici ℥. ß. Quæ omnia simul ponantur ad ignem, bulliant, statim coagulabuntur, re-serua.

FINIS.



FRANCOFORTI

Excudebat Melchior Hartmannus.



Impensis

Nicolai Bassæi Bibliopolæ.

Anno M.D CI.

350/G/ de l'histoire
de Bretaigne